¶ Animaduertendum ꝙ Auerro. in paraphraſe huius Poſitio Auer. de nomine.
capituli velle videtur ꝙ tam nomina ambigua quę vo-
cat infinita q̃ꝫ caſus nominum ſint nomina: ⁊ hoc ideo
dicit:qꝛ vult nomen diuidi in hęc. Omne autẽ diuiſum
prędicatur de diuidentibus:ſed qꝛ hoc videtur contra-
dicere verbis Ariſtotelis pro verificatione litterę: vult
hęc non eſſe dicenda nomina abſoluta:nam propter ex-
cellentiam videtur rectum nomen:⁊ determinatum no
men eſſe nomina:quia videlꝫ in illis nominis ratio prę-
ſtantius ſaluatur:⁊ ita vult hęc eſſe nomina nõ priuatio-
nes nominum:lꝫ abſolute dum nomen profertur de po-
tioribus intelligatur:quemadmodum accidens eſt ens:
⁊ ſubſtantia eſt ens:verum ens abſolute intelligitur ṗn-
cipaliter de ſubſtantia. principaliter igitur nomen dicit̃
de rectis ⁊ determinatis ſiue finitis: lꝫ communiter de
vtriſqꝫ dicatur. Multa captiũculatores hic fabulantur:
quę cum puerilia ſint:prętereunda eſſe diiudico. Mul-
ta quoqꝫ de nominis diſtinctiõe Ammonius addit:quę
cum ſint potius grammaticę dicta: grammaticis relin-
quantur. Hęc de nomine.

¶ De remate hoc eſt verbo. verbum ṽo eſt id
quod ſignificat tẽpus: cuius nulla pars ſeor-
ſum ſignificat:atqꝫ ſemper eorum que de alte
ro dicuntur eſt ſignum.

¶ Et de nomine tanquam de prima orationis pte:hacte Cõ.12.
nus. nunc igitur de verbo:quod gręce eſt rema. definiẽs
itaqꝫ verbum particulas quaſdam: in quibus cum no-
mine ipſo conuenit:reticuit vt breuitatis amator: vt in-
quit Ammonius volens illas eſſe intelligendas. tres ṽo
alias explicat:quib⁹ ⁊ a nomine ⁊ ab oratione ⁊ a parti-
cipio differat. Per hanc igitur particulam ꝙ ſignificet
tempus:nomen ipſum differt a verbo: verbumqꝫ e no-
mine. quando nomen ipſum ſine tempore ſignificet: vt
in eius definitione adiecit. Per ſecundam ṽo particu-
lam: videlꝫ. cuius nulla pars ſignificat ſeorſum. verbuꝫ
differt ab oratione:cuius ptes ſeorſuꝫ ſignificãt. ¶ Sed
dices hęc ſcđa pticula poſita eſt in definitione nois:igit̃
debuit ṗtermitti: vt ṗtermittũt̃ alię cões ſibi ⁊ nomini.
¶ Rñdet Porphyrius quẽ ſectat̃ Ammonius ꝙ in de-
finitione nominis addita eſt particula hęc: vt nomẽ ipꝫ
ab oratione differat:quę e nominibus cõſtat: vt cum di-

citur homo eſt animal. In definitiõe ꝟo verbi addita ē vt verbum ipſuꝫ differat ab oratione: quę cõſtat ex verbis vt currere eſt moueri ⁊ id genus: ideo replicata eſt hic. ⁋ Melius aũt videtur mihi eſſe dicẽdũ ꝙ Ariſto. hanc particulam replicauit in definitione verbi: qꝛ verbum videtur habere cum oratione maiorem conueniẽtiam ꝙ̃ habeat ipſuꝫ nomẽ: vt eiuſmodi ſunt orationes amo: diſputo: ⁊ id genus: qꝛ igitur cum oratione habere videtur maximam conuenientiam: ne ſit errandi locus: idem replicat in definitiõe verbi: vt pateat ipm ab oratione differre: quam reſponſioneꝫ videt̃ forraſſe ſentire expoſitor noſter. Per tertiam ꝟo particulam Ammonius Boetius ⁊ expoſitor volunt verbũ differre ab ipſo participio: quod quidem ſignificat cum tempore: veruꝫ hoc differt ab ipſo verbo: ꝙ verbũ ſemꝑ eſt ſignuꝫ coꝝ: quę de altero dicuntur: hoc eſt ſemper eſt intelligenduꝫ a parte prędicati. Participium ꝟo indifferenter a parte prędicati ⁊ ſubiecti. Adycit expoſitor nonnulla: quę ab Ammonio excipit: quę ommitto. Auer. ãt in paraphraſe huis partis vult hanc tertiam particulã non eſſe definitionis quicꝙ̃: ſed eſſe additum vt proprium cum verbo conuertibile: nam cum omne verbũ ſit aut ſubſtantiuuꝫ aut adiectiuum omne ſe tenet ſemꝑ ex parte prędicati: ita videlꝫ: vt ſit tota oratio in duo ſectilis: in ſubiectum: quod ſemper eſt nomen vel loco nominis poſitum: ⁊ in prędicatum quod eſt aggregatum ex appoſito ⁊ verbo: vt huius propoſitionis homo eſt animal: ſubiectum eſt homo: prędicatum eſt animal: recte igitur vt proprium eſt additum. poteſt tamen per Auer. hęc expoſitio colorari: qꝛ nulla definitio: vt traditur 6° topicoꝝ dari debet per copulationis notã. Aliter eẽt propoſitio copulatiua. quare ꝟo verbum ſemper ſe teneat a parte prędicati poſterius dicetur. Quantum ꝟo ad gręca verba attinet: ſignificat tẽpus gręce eſt proſemaenõ chronon: quod magis ſonat latine conſignificans tempus: ⁊ recte quidem: cum multũ differat ſignificare tempus: ⁊ conſignificare tempus: vt mox dicetur.

Expõ verboꝝ.

⁋ Dico autem ipſum tempus conſignificare: quoniam valitudo quidem nomen eſt. valet ꝟo verbum. ſignificat enim nunc eſſe.

Com. 13 ⁋ Prętermittens vnam particulam definitionis verbi: qꝛ expoſita eſt in definitione nominis (ibi enim quid vult intelligere per illam particulã: cuius nulla ꝑs ſignificat ſeparata. eſt expoſitũ) duas tñ exponit: ⁊ prio qd ꝑ conſignificare tempus velit intelligere per exemplum: ⁊ inquit. [Quoniã valitudo quideꝫ nomen eſt. valet ꝟo verbum. ſignificat enim nunc eſſe.] Animaduertenduꝫ vt ex Porphyrio colligitur ꝙ valitudo ⁊ valeo idẽ principaliter ſignificant. ſimiliter curro ⁊ curſus. ambo eniꝫ motum peduꝫ ſignificant principaliter: ſed hoc differũt: ꝙ valeo ſecũdario conſignificat tempus vt valitudineꝫ cum differentia temporis pręſentis. hoc eſt nunc alteri ineſſe: aut cum differẽtia temporis pręteriti aut tẽporis futuri: at valitudo nullo modo tempus conſignificat: ſꝫ tñ diſpoſitionem corporis. ⁋ Amplius idem ſignificãt eſt ⁊ ens: ſed eſt ſignificat eſſe cũ certa differẽtia tẽporis. ens ꝟo eſſe tñ abſolute. Recte igitur diximus verbum: conſignificare tempus: ⁊ non ſignificare tempus: ſic eñi non differret a nominibus vt ab anno die ⁊ cęteris id genus. ⁋ Quantum ꝟo ad verba gręca attinet. in gręco codice nõ eſt curſus neqꝫ currit: ſed ſic legitur. hygeia hoc eſt valitudo: ⁊ hygiaenei hoc eſt valet verum de exemplis non multum curandum eſt.

Expõ verboꝝ.

⁋ Et ſemper eorum quae de altero dicũtur ſignum eſt: vt eorum quae de ſubiecto: aut coꝝ quae in ſubiecto ſunt.

⁋ Nunc tertiam particulam exponit: ⁊ poteſt vt Auer. innuit dupliciter intelligi. vno modo vt verbuꝫ ſit ſemꝑ nota prędicatoꝝ vt quod: vt quando ipſum eſt prędicatum veluti in enuntiationibus de verbis adiectiuis: vt Callias diſputat. eſt enim diſputat prędicatum. aut poteſt illud intelligi vt quo: qꝛ ipſum eſt quo prędicatũ dicitur de ſubiecto. aut eſt in ſubiecto vt in enuntiationibꝰ de verbo ſubſtantiuo: vt homo eſt animal: aut homo eſt iuſtus. Animaduerte tamen vt Boetius exponit in ante prędicamentis: ꝙ dici de ſubiecto competit per ſe generi atqꝫ ſubſtantię eſſe in eo ſubiecto ſoluꝫ accidẽtibꝰ. Propter hęc adiecit Ariſtoteles vt coꝝ quę ď ſubiecto: vt in prędicationibus per ſe: aut coꝝ quę in ſubiecto: vt in prędicationibus per accidens: ampliãs dictum ſuum ad omnia prędicata. ⁋ Circa hęc dubitare ſolitus ſum. Primo an verbum ſit pars propoſitionis. Secundo ſi pars vtrum ſe teneat cuꝫ ſubiecto: an cũ prędicato. Tertio vtrum ſit nota coruꝫ quę de altero dicuntur: aut quę in altero ſunt. ⁋ Reſpondẽt recentiores ad primaꝫ ꝙ verbuꝫ nullatenus eſt pars ꝓpoſitionis. Alij ꝙ ſit pars propoſitionis: ⁊ ſit ſemper pars prędicati aut totũ prędicatum. Primi perſuadent primã coꝝ poſitionẽ multis rationibus. Primo: qꝛ verbum non eſt terminus primo prioꝝ. inquit enim ibi. terminuꝫ. voco in quem reſoluit̃ propoſitio vt ſubiectum ⁊ prędicatum: ⁊ nihil meminit verbi. Scḋo. omnis pars propoſitiõis poteſt eſſe maior aut minor: vt Ariſto. ait ibidem. Tertio Ariſto. cum docet terminos omni ineſſe: ⁊ nulli ineſſe primo priorum nihil verbi meminit: igitur non eſt terminus neqꝫ pars propoſitionis. Quarto nulla daretur conuerſio in terminis: qm̃ verbum nunꝙ̃ mutatur. Ex his ⁊ alijs multis verbum nec terminum eſſe: nec ꝓpoſitionis partem cõtendunt. ⁋ Sed cõtra hoc pro ſecũda poſitione faciũt Porphyrius: Ammoniꝰ: Boetius ⁊ omnes expoſitores gręci ⁊ latini. Et poteſt hęc poſitio perſuaderi. verbũ eſt pars oratiõis: vt omnes grãmatici autumant: igit̃ pars alicuius ſpeciei orationis: igitur enunciatiõis aut propoſitionis. Secundo. oratio conſtat ex nomine ⁊ verbo: vt ait Priſcianus ⁊ Ammonius in principio huius: vbi dixit nomen ⁊ verbum eſſe partes integrales enũtiatiõis. propter hęc ⁊ alia tenemus cuꝫ grãmaticis ⁊ peripatheticis verbum eſſe partẽ orationis propoſitionis ⁊ enuntiationis. ⁋ Vbi animaduertendũ eſſe duplex verbuꝫ: vt Porphyrius notat: cathegoricũ: qḋ Auer. adiectiuum nuncupat: vt valet currit ⁊ in genus: ⁊ syncathegoricum quod Auer. ⁊ alij ſubſtãtiuũ appellãt: vt ſum es eſt. Tũc dicendũ verbũ ꝑmo mõ eſſe ꝑtẽ enũtiatiõis ⁊ ꝑdicatuꝫ. cã eſt: qꝛ vt dicit Ariſtoteles. Illud non differt a nomine quo ad ſignificatum principale: ſed ſolum quo ad conſignificatũ: quatenus nomen non conſignificat tẽpus. verbuꝫ ꝟo nunc eſſe aut heri fuiſſe: ⁊ fore cras: igit̃ vt nomẽ eſt pars enuntiati: ita verbum. verbum ſcḋo modo non eſt pars materialis: qꝛ nec ſubiectum nec prędicatuꝫ: ſed ſignificans quandam compoſitionem: quam ſine extremis non eſt intelligere: igitur eſt pars formalis ⁊ prędicatum formale: ⁊ quoniaꝫ forma poteſt remanere eadẽ omni materia mutata. Propter hęc verbum illud nũꝙ̃ variatur: ẽt extremis mutatis. ⁋ Hęc eſt Boetij: Ammonij: Auerrois: Porphyrij: ⁊ omniũ gręcoꝝ expoſitio. ⁋ Tunc ad rationes. Ad primam concedo verbum ſubſtantiuum non eſſe terminum materialeꝫ: ſed bene verbum adiectiuum: nec contra hoc procedit verbum Ari

Cõ. 14.

Dubitationes. Prima. Secũda. Tertia. Rñio recẽtioꝝ.

ſtotelis.¶ Per idem ad ſcḋm cõcedo verbum ſubſtan
tiuum nõ poſſe eſſe:nec ſic nec ſic:propterea nõ eſt pars
materialis. Verbum aũt adiectiuũ bene. Per idem ad
alias rationes.omnes enim concludunt ſubſtãtiuũ ver
bum non eſſe partem materialem: cum quo tamen ſtat
eſſe partem formalem. Verba võ adiectiua ſunt prędi
Solo ad ſcḋam. cata vt patet.¶ Ad ſecundam dubitationem recentio
res breuibus volunt verbum ſubſtantiuũ:quod eſt ex
Prima. tremorum vnitiuum:non magis ſe tenere ex parte prę
dicati q̃ ex parte ſubiecti:cum ſit inter illa medium cuꝫ
nullo magis ſe tenens.verba võ adiectiua ratione parti
Rõnes pdme. cipij in eis incluſi ſe tenent cum prędicato. Ratione võ
copulę ⁊ verbi ſubſtantiui cum neutro magis pro his fa
cit ratio hęc: q: forma non magis eſt forma vnius par
Solo. Pria rõ. tis q̃ alteri⁹.¶ Cum igitur copula ipſa ſit forma ratio
nis ⁊ compoſitionis non magis cum ſubiecto q̃ cuꝫ prę
Scḋa. dicato ſe habere debet.¶ Secũdo aſtipulatur huic id
quod Ariſtoteles dicit.eſt ſignificat quandam compoſi
tionem quam ſine extremis nõ eſt intelligere. Igitur in
Tertia. differẽter ſe habet ad ambo.¶ Tertio:ſi verbum eſſet
pars prędicati in oĩ bono ſyllogiſmo mediũ eſſet ęquiuo
cum:quoniaꝫ variaretur cõtinue aggregatuꝫ ex verbo ⁊
p̃dicato: vt dicendo:omnis homo eſt animal. Plato eſt
homo:igitur Plato eſt animal. In prima verbũ eſt ſe te
nebat cum animali. In ſecunda cum homine:igitur va
Quarta. riatur.¶ Quarto:tũc nulla daretur p̃dicatio ſuperioris
de inferiori:q: dicendo homo eſt animal:hoc totum eſt
prędicatum eſt animal:modo hoc totũ nõ eſt genus nec
Quinta. ſuperius.¶ Quinto quatuor ſunt p̃dicata p̃mo topico
Confutatio pĩma. rum.capite 4°.quorum nullum eſt verbuꝫ.¶ Sed hęc
poſitio contradicit omnibus. Boetio quidẽ:q: vult ver
bũ eſſe notum:quatenus in p̃dicato notat aliquod acci
dens. Ammonio ⁊ Porphyrio vt viſum eſt. Auerroi võ:
q: inquit:⁊ proprium verbo eſt vt ſit ſemper appoſituꝫ
⁊ nõ ſuppoſitum ſubiectum ⁊ non prędicatum.
Pria rõ. ¶ Rationibus etiam cõtradicit:q: omnę additũ alicui
vocatur grãmatice appoſitum.logice võ prędicatum.
Scḋa. ¶ Amplius prędicari eſt actus formę:ſed vebum eſt ma
gis forma q̃ alterum:igitur ſibi cõuenit ratio prędicati
Rñſio ppria. ⁊ magis.¶ Propter hęc dicẽdum vt ſupra verbũ adie
ctiuum eſſe partem prędicati aut totũ prędicatũ:⁊ hoc
q: non differt a nomine verbali penes principale ſignifi
catum. At verbum ſubſtantiuum:⁊ ſi non ſit pars prędi
cati eſt ſyncathegorema prędicati:quemadmodũ ſigna
vniuerſalia ⁊ p̃ticularia ſũt ſyncathegoremata ſubiecti.
Rõ rñſionis. ¶ Huius ratio eſt:q: formalia cũ formis coordinantur:
materialia cum materijs.conſtat autẽ ſubiectuꝫ tenere
vicem materię:quatenus aut eſt ſubiectum vere accidẽ
tis prędicantis:aut inferius ad prędicatuꝫ:⁊ vtroqꝫ mõ
habet vicem materię:ideo ſibi materialia ſigna compa
rat. Prędicatum võ cum ſit aut accidens aut ſuperius:
rationem tenet formę:ideo attrahit ſibi formalia:quoꝝ
vnum eſt verbum:verbum itaqꝫ vt ſic ſe tenet ex parte
prędicati.¶ Per hęc ad argumenta.
Solo argumẽtoꝝ. ¶ Ad primum patet ſolutio.verbum enim ſyncathegori
ce ſumptũ ſignificat formam:quę lꝫ vt forma cum nul
lo magis ſe teneat vt ſyncathegorema ſe tenet cuꝫ ſuo ſi
mili:vtpote cum prędicato: vt ſigna materialia cuꝫ ſub
iecto.¶ Per idem ad ſecundum lꝫ verbuꝫ vt forma ſit
indifferens: vt ſyncathegorema eſt ſignum prędicati.
¶ Ad tertium dicendum q̃ ſyllogiſmus nõ variatur:nec
medium materiale: lꝫ varietur verbum.non enim eſt
pars materialis enunciati aut propoſitionis.
¶ Ad quartum conſequentia non valet:quia prędicatio
ſuperioris de inferiori eſt ſm terminos materiales.

¶ Ad quintum patet ſolutio. Ariſtoteles enim enumerat
prędicata dialectica ⁊ non omnia.¶ Tunc per hęc po Solo tertię q̃ñis.
teſt ſolui tertia dubitatio:nam verbuꝫ cathegorice ſum
ptum: vt Porphyrius voluit eſt totum prędicatum prin
cipaliter connotans verbum ſyncathegorice. Syncathe
gorice võ eſt ſignum prędicatorum: vt enim ſigna diſtri
butiua ſiue quantitatiua coordinantur cũ ſubiectis pro
poſitionum:quia ſubiecta ſe habent vt materię:ſic ver
ba ſyncathegorica cum ſint formalia coordinantur cum
prędicatis: vt igitur illa ſunt ſubiectoruꝫ ſigna:ſic verbũ
prędicatorum ſiue nota ſiue ſignum.

¶ Non valet autem ⁊ non laborat non dico ver
bum. Conſignificat quidem enim tempus:
eſtqꝫ ſemper de aliquo. differẽtie tamen huic
nullum nomen eſt poſitum:ſed ſit ambiguuꝫ
verbum:quoniam ſimili modo de quocunqꝫ
eſt ⁊ de eo quod eſt: ⁊ de eo qḋ non eſt.

¶ Secundum Ammonij expoſitionem: quam vt pluri Cõ. 15.
mum ſectamur. Ariſtoteles volens complere rationem
verbi excludit duo a ratione verbi:videlꝫ infinita ver
ba: ⁊ caſus verborum.¶ Primo itaqꝫ proponit inten Primum.
tũ: ⁊ inquit. [Nõ valet autem ⁊ non laborat non verbũ
dico.] Et ſic ĩfinita ſiue dubia aut ambigua verba vult
dici non verba.¶ Secundo explicat in quot conuenit Scḋm.
cum verbo: ⁊ inquit. [Cõſignificat quidem enim tem
pus:eſtqꝫ ſemper de aliquo.] ſubaudi aut ſignũ aut no
ta aut prędicatum. Igitur in duobus cõuenit cũ verbo.
Tum in conſignificãdo tempus. Tum etiaꝫ in eſſe de
altero.etiam in alijs conuenit:ſed vt breuitatis amicus
reticuit alia.¶ Deinde:q: hęc verbi maneries caret no Tertium.
mine inquit. [Differẽtię tamen huic nullum nomen eſt
impoſitum ſed ſit ambiguum verbum.] Cuius rationẽ Ratio.
ait. [Quoniã ſimili modo ⁊ de quocunqꝫ eſt ⁊ de eo qḋ
eſt ⁊ de eo quod non eſt.] vnde virtus ſyllogiſmi erit.in
differens ſm prędicationem enti ⁊ non enti.ambiguuꝫ
eſt dicendum:non valet ⁊ id genus eſt indifferens prędi
catione: igitur ambiguum.¶ Quantum võ ad verba Verborũ expoſitio.
gręca attinet:verbum differentię gręce eſt diaphorę. Ex
hoc poteſt dubitare quis.ſi tale verbum eſt differentia: Differẽtia diaphora.
igitur per ſe in genere:⁊ ſic vere verbum eſſet dicenduꝫ.
Propterea per differentiam non proprie illud quo diffe
runt ſpecies ſub genere ſumit: vt recte Ammonius ani
maduertit:ſed diuerſitatem quę etiam eſt eoꝝ quę ſpe
cie ⁊ genere differunt. Ambiguum võ gręce eſt aoriſtuꝫ: Ambiguũ aoriſtum.
quod latine ſiue indeterminatum:ſiue ambiguum: ſiue
indefinitum dicatur. Illud intelligit quod eſt indifferẽs
prędicatione ad ens: ⁊ ad non ens.¶ Amplius videtur
q̃ nõ ſimili modo ſit ḋ eo quod eſt ⁊ de eo quod nõ eſt: Dubitatio literalis.
quia de eo quod eſt: vere eſt prędicatũ: vt equus nõ valꝫ
aut nõ laborat.ſed de eo quod non eſt: nihil poteſt vere
eſſe. Exiſtere enim aliquid non exiſtenti impoſſibile eſt.
¶ Propterea verbũ ſimilis modo gręce ẽ omios.modo Siſi mõ omios.
non dicit omnimodam ſimilitudinem. Sed (vt dicit
Ammonius) ſm quid: vt enim hęc vera eſt.equus non
valet aut nõ laborat:ita hec.hypocentaurus nõ valꝫ aut
nõ laborat: ⁊ ſic videt̃ ſimilitudo in rõne generali:nõ in
ratione ſpeciali. Hęc quo ad verba ipſa gręca ſatis.
¶ Animaduertendum q̃ de verbo ita eſt dicendũ vt de Poſitio Auer. de duo infinito.
nomine apud Auerroem:ipſe enim vult verbum eẽ ge
nus:cuius duę ſunt ſpecies. verbum:quod per excellen
tiam intelligit finitũ ⁊ determinatũ: ⁊ aoriſtũ:qḋ eſt in
definitũ p̃dicatione.huic poſitiõi ꝯſonat verbũ illḋ:dicę
tñ huic nullũ poſituꝫ eſt nomen. Modo differentia:aut Modus.

eſt ſpecies generis:aut in ſpeciem contrahens:quo fit vt Ariſtoteles non velit definitiones complere:ſed definitum per differẽtias diuidere:vt illius ſpecies deſcribat.

Dubitatio magna. ¶ Sed circa hęc eſt dubitatio non parua. Utruz:videlz. omne verbum quatenus verbum eſt poſſit infinitari:& ſi ſic:quomodo ab ipſo verbo negato differt in oratiõe.

Poſitio recentiorũ. y differũt. ¶ Tenẽt recentiores duo.primum omne verbum quatenus verbum poſſe infinitari.ſcðm ꝙ verbum infinitũ ſiue aoriſtum y quia(vt Eſculanus inquit)verbum negatiuum vim tenet duorum.aoriſtuz vo vnius:ideo aoriſtum verbum vna dictio eſt & affirmatiua:verbum negatum duę dictiones ſunt contradictorium ad affirmatum. ¶ Propterea apud hos hęc non cõtradicunt currit & non currit:vt nõ currit tenetur aoriſtice.

Rõnes p. poſitione Prima Secunda. ¶ Pro hac poſitione arguũt primo:qꝛ Ariſtoteles inquit verbum aoriſtum:ſimiliter de quocunqz eſſe:& de eo qð eſt:& de eo quod non eſt. Hoc aũt non competit ei niſi in oratione remaneat infinitum ſiue aoriſtum. ¶ Secũdo dicit ipſum eſſe ſemper notans ſiue ſignum:hoc aũt eſſe

Tertia. non poteſt niſi in oratione remaneat aoriſtũ. ¶ Tertio vt nomen in oratione poteſt remanere nomen aoriſtuz.

Quarta. ita verbum etiam. ¶ Quarto omnis pars orationis poteſt remanere in oratione. Sed verbum aoriſtum eſt ps

Ultima. orationis. ¶ Ultimo.ſi verbum aoriſtum ſolum extra orationem eſſet tale:tunc eſſet inutile atqz ſuperfluum. & ſic volunt verbum aoriſtum in oratiõe differre a verbo negato:eſſeqz aoriſtum etiaz in oratiõe vt ipſum ne-

Cõfutatio Pria rõ & pri⁹ error. gatuz. Differentia autez dicta eſt,apud hos. ¶ Sed hec poſitio ſtare non poteſt.primo:qꝛ non omne verbuz põt aoriſtari:qꝛ nõ verbũ ſubſtantiuũ ſyncathegorice ſũptũ: quemadmodum nec nomen entis tranſcendenter ſum-

Secũdus error. ptum apud eos. ¶ Secundo errant:quia nulluz verbũ ſyncathegorice ſumptum:hoc eſt vt importat cõpoſitio-

Pria rõ. nem tñ videtur poſſe aoriſtari.primo:qꝛ aut particula negatiua addita verbo tollit ab illo compoſitionem ponens oppoſitam diuiſionez aut negationem:aut nullam ab eo aufert affirmationem ſiue compoſitionẽ:ſi nullatenus compoſitionem aut affirmationẽ tollit.hęc enuntiatio hypocentaurus non currit. erit affirmatiua: igĩ valz.hypocẽtaurus eſt ex affirmatiua de tertio adiacente & non termino diſtrahente aut diminuẽte ad affirma-

Secũda. tiuam de ſecundo. ¶ Secundo illa nõ differunt quę nõ variant enuntiationem quantum ad veritatem & falſitatem.modo in nullo differt apud hos dicere hypocentaurus non currit negatiue & aoriſtice tenendo particulam non quoad veritatem & falſitatem:igitur non differunt. ¶ Ultimo eſt auctoritas Boetij hic expreſſa:& expoſitoris etiam in ſecundo huius:qui volunt verbum infinitum poſitum in oratione non differre a verbo ipſo

Soſo pha pure negato. ¶ Propter hęc animaduertendum eſt ꝙ verbum ſiue adiectiuum ſiue ſubſtantiuum duo importare videtur.vnum quatenus verbum eſt:compoſitionem prędicati cuz ſubiecto:qua quidẽ ratione eſt ſyncathegorema ſiue ſignum prędicatorũ:vt ſigna ipſa diſtributiua ſunt ſyncathegoremata ſubiectoꝝ vt dixit Porphyrius. ¶ Aliud vo non quatenus verbum:ſed quatenus deſcendit e nomine:importat idem illud quod nomen:vt laborat idez principaliter quod labor:e quo deriuatum eſt laborat:ipſum eſt idez quod eẽ ſiue exiſtẽs: & in cęteris id genus. ¶ Tunc dico duo ad dubitationẽ.

Primuz. Primum eſt ꝙ ſumendo verbum quatenus verbũ:hoc eſt vt importat cõpoſitionem:& vt eſt ſyncathegorema prędicatorum ipſum non poteſt aoriſtari aoriſtatione alia e negatione ipſa:vt rationes noſtrę cogunt:& aucto-

Scðm. ritates tactę. Secundum eſt ꝙ verbum ipſum quo ad ſignificatum:in quo cũ noie verbali ipſo conuenit:& per quod e nomine deſcendit:aoriſtari poteſt:aoriſtatione videlz tranſeunte in prędicatum:vt hypocentaurus nõ laborat:ſenſus eſt hypocentaurus eſt non exiſtens laborans.remanet eni eſt ipſum ſyncathegorice ſumptũ pure affirmatuz.totuz illud quod habebat cathegorice:remanet aoriſtatum. ¶ Hęc eſt ſententia Auerrois plane Cõfirmatio Auer.

in paraphraſe huius partis:& in ſecundo huius. Inquit enim hic:& verbum infinitum eſt quod ſignificat illud quod ſignificat nomen infinitum:& tempus illius intentionis:& illud eſt priuatio quam ſignificat nomen infinituz:ſcilicet priuatio quę definita eſt in lib.pdicamẽtoꝝ: ſicut ſermo noſter non ſanatur:ipſe nanqz ſignificat illõ quod ſignificat ſermo noſter nõ ſanitas:& tempus illius intentionis:ideſt illius priuationis. ¶ Hęc eadem in ſecundo huius ad verbum etiam ait Auerrois:& ſic verbum quatenus verbum aoriſtari non poteſt:ſed quatenus cum nomine ipſo conuenit. Per hęc ad omnia argumenta patet ſolutio:nam bene concludunt poſſe verbuz aoriſtari & remanere in oratione aoriſtũ:nõ tamen quatenus verbũ & ſyncathegorema:ſed quatenus cathegorema:& quo cum nomine conuenit:vt videlicet particula ipſa negatiua aoriſtat prędicatum pro tempore importato per verbum:vt in hac enuntiatione. Scylla nõ currit aoriſtice tenendo particulaz nõ:ſenſus eſt Scyllę nõ curſus pro nũc ineſt:aut Scylla eſt nõ exiſtens nũc currẽs.vbi verbum eſt in enuntiatione illa erit puruz ſyncathegorema pdicari aoriſtice teneri nihil aliud penitus importans niſi compoſitionem extremorum.

¶ Similiter autez valuit atqz valebit non verbum:ſed verbi caſus ſunt. differunt vo a verbo:quoniam hoc quidez praeſens ꝯſignificat tempus:illa vo circumcirca.

¶ Scðm Ammonij iterpretationẽ Ariſtoteles excludit a diffinitione verbi caſus verbi vt pręteritum & futurum. Uult enim caſus hoſce non eſſe verba:ſed verbi inflexiões:quęqz hoc modo differũt a verbo:quatenus verbũ ipſuz pręſens tempus conſignificat.illa vo conſignificãt circumcirca vt pręteritũ quod eſt ante pręſens. Cõ.16.

Uerba gręca. futurum quod eſt poſt pręſens. ¶ Quantum vo ad verba gręca attinet Ariſtoteles adiecit tempus cum dixit pręſens tempus. Nam vt Ammonius inquit:pręſens dicitur de momento:quod grece eſt nyn:latine nunc: & quoniaz in ipſo nunc non poteſt eſſe actio & paſſio:quę propria ſunt verbo:ad excludendum ipſum nunc adiecit tempus. ¶ Amplius verbum illud circumcirca gręce eſt perix:quod Boetius trãſtulit quod complectitur: Perix circumcirca.

ſed rationabiliter circumcirca dicuntur:quia pręteritũ & futurum circumeunt pręſens:quoniam preteritum eſt: quod fuit pręſens.futuruz vo quod erit pręſens.hinc fit quod ſolum pręſens dicatur abſolute tempus:cum reliqua non niſi ratione habita ad ipſum dicantur. Et quoniaz de ratione verbi eſt agere aut pati.actio vo & paſſio non ſunt niſi in tẽpore pręſenti.in alijs vo ſm quid:quia videlicet fuerunt aut erunt.iure principaliter verbum pręſens verbum dictum eſt.alia vo per inflexionem caſus verbi. ¶ Ex his colligit Ammonius completaz definitionem verbi:& res patet. ¶ Animaduerte ꝙ de intentiõe Auerrois in hac paraphraxe ſolitus dicere hanc Intẽtio Auer.

eſſe ſecundam verbi diuiſionem ꝙ verborum quędam ſunt recta quędam obliqua:& vtraqz ſunt verba:verbuz rectum principaliter:& per quandam excellentiam dicitur verbũ:reliqua dicuntur verba inflexa ſiue obliqua: nec valet.ſunt verba obliqua:igĩ verba.

Dubita/ ¶ Circa hunc locum conſueuit querere an diuiſiones hę
tiones. ipſius verbi ſint generis in ſpecies. ¶ Secundo vtrū
Prima. obliqua ſint principalius verba: q̄ recta.
Scđa.
Pma ſolo ¶ Ad primā nonnulli voluere diuiſiones illas verbis eē
analogi in analogata. Eſt enim verbū analogum quod/
dam ad recta obliquaq;: ⁊ ad finita atq; infinita. Nā
verbum principaliter de recto ⁊ finito dicitur per attri/
Cõfutatio butionē. ¶ Ad hęc dicit̃ de aliqs: ſed hoc ſtare non pōt:
quia vt ait Alexander Aphrodiſius: eſſe analogū p ſpe/
cies debet deſcribi: modo verbum non per illa Ariſto/
Poſitio teles deſcripſit. ¶ Auerrois aūt videt̃ velle has diui/
Auer. ſiones eſſe generis in ſpēs. ¶ Sed nec hęc mihi placet:
q2 oīs differentia ſpecifica eſt per formas: modo finitu/
do infinitudo rectitudo atq; inflexio ſunt accidentia
Poſitio vbo. ¶ Propter hęc mihi vī q diuiſiōes hę ſint ſubie
propria. cti in accidentia: verum pōt diuidi ſubiectū in acciden/
tia dupliciter. Uno modo ſeruata idētitate illi⁹: vt So/
cratis diuiſio erit: q2 nūc dormit: nūc diſputat: nūc legit
⁊ id genus. Et hac diuidendi ratione verbū ipſum eſt
diuiſum in rectum ⁊ obliquum: nam vt tēpus eſt idem
numero differens accidēte a pterito ⁊ futuro: ita verbū
eſt vnū numero qđ eſt pſens pteritum ⁊ futuꝝ. ¶ Alio
modo nō ſeruat̃ ſubiecti idētitas: vt quādo diuidit̃ ani
mal per nigrum vt coruus: ⁊ per albū vt cygnus: ⁊ id ge
nus: ⁊ hac diuidēdi forma. verbū ipm ſectū eſt per fini/
tum ⁊ infinitum. nō eni idē numero poteſt eſſe vtrūq;
Scđa, Tu vo ſuper hęc conſidera. ¶ Ad ſcđaꝫ dicere ſoliti ſu
mus verba obliqua eſſe ignobiliora: q2 cadūt nec ſunt
talia: niſi quatenus circuūt pñs. ¶ Sed dices obliq̄ cō
plectuntur pñs per Boetium qui ſic tranſtulit: ⁊ addūt
aliquid: igitur ſunt pſtantiora. Dici pōt verbū (vt dicit
Ariſto.) principaliter intelligi de pñte. ¶ Tunc ad ar/
gumentum dico q includunt illō ſm quid ⁊ reſpectiue
non autem ſimpliciter vt verba ipſa recta.

¶ Ipſa igitur verba per ſe quidem dicta ⁊ no
mina ſunt ⁊ aliquid ſignificant: nā proferēs
illa cogitationē ſiſtit: audiēs quoq; quieſcit.
Sed ſi eſt aut non eſt nondū ſignificat: quan
do non ſit ſignum rei eſſe aut non eſſe: neq; ſi
ipſum eſſe ſeiunctum dices: nā ipſum qdem
nihil eſt: ſed conſignificat quandā compoſi
tionē: quae ſine compoſitis intelligi nequit.

Cō.17. ¶ Ammonius exponit Ariſto. velle declarare: quonam
Expoſi modo verba ipſa ſe habeāt ad ſignificādū veꝝ vel fal/
tio Am ſum. ¶ Si dices contra eum Ariſto. rem hanc attigiſſe
monij. in pemio hui⁹ libri: igit̃ nō erat repetēdū. ¶ Rñdet
Ariſto. hoc egiſſe generatim de oībus ſimplicibus: nūc
ſpeciatim de verbis ipſis rē amplectit̃. ¶ Amplius tūc
rem hāc raptim tetigit: nūc lōga oratione pficiet. Hui⁹
forte expoſitionis cā eſt: q2 verba ipſa vident̃ maxime
conuenire cū oratione: ⁊ ſic vident̃ ſignificare veꝝ vel
Cõfutatio falſum. ¶ Hęc expoſitio non placet: q2 res hęc patebit
expoſitio in definitiōe orationis ⁊ enūtiationis: igit̃ nō eſt totiēs
nis. repetēdū. ¶ Amplius hęc expoſitio litterę nō cōſonat
2ª expō. vt videt̃. ¶ Propterea expoſitor vult cū Boetio Ariſ.
tradere hic verbi cū nomine ipſo cōuenientiā ⁊ dīaꝫ.
Cõfutatio ¶ Nec hęc expoſitio placet: quādo p definitiones coꝝ
res hęc pateat ſatis. Propterea videtur mihi q littera
ſit illatiua: ⁊ ſic videtur ex dictis concludere duo ⁊ q
verba ſm ſe: ⁊ per ſe dicta ſint nomina: ⁊ qđ ſignificat
Dubitatō aliquid. ¶ Sed ambiges. nullum diſperatū pdicatur
de diſperato: nec per ſe nec cū alio: ſed verbū ⁊ nomen
ſunt diſperata: igitur non pdicatur nomen de verbo.

¶ Reſpondent Thomas ⁊ Ammonius nomē hic acci Rñſio.
pi vt cōiter ſignificat quālibet dictionem impoſitā ad
ſignificandū aliquam rem: ⁊ cum ipm agere vel pati eſt
aliqua res: igitur verbum vt ſic dicitur nomē. ¶ Sed Cõfutatio
hęc reſpōſio mihi nō placet pace eoꝝ dixeriꝫ primo: q2
tunc aliter acciperetur nomē hic ⁊ aliter dum ipſū de/
finierat: ⁊ ſic in tam breuibus ęquiuocatione vſus eſſet.
¶ Scđo ſi nomen hic acciperet̃ p dictione ſignificāte
rem: tūc verba tam per ſe q̄ cū alio ſumpta eſſent noīa
quādo vtroq; mō reꝫ ſignificēt. ¶ Boetius cū Auer. Rñſio
conſentire videtur: vult vba ſm ſe ſumpta dici nomina Boetij
ſm ſimilitudinem: ſed quando accipiunt̃ cū extremis:
tunc nominibus nō aſſimilantur. ¶ Hęc expoſitio nō Cõfutatio
placet: q2 dictuꝫ Ariſt. eſt abſolutū ⁊ non ſimilitudina
riū. ¶ Animaduertēdū igitur q Ariſt. loquitur de ver Propria
bis vt deriuant̃ a nominib⁹: ⁊ tūc vult q verbū ⁊ nomē expoſitio.
ſibi correſpōdens ſint idē quo ad ſignificatū p ſe ⁊ pri/
cipale: vt valet idē qđ valitudo. currit idē qđ curſus.
Curſus eni ⁊ currit idē principaliter ſignificāt: vt albū
⁊ albedo: ſed differunt q̄tum ad conſignificatum: nam
verbū cū ponitur inter extrema vltra principale ſigni/
ficatum cōſignificat cōpoſitionē quādam: quę ſine ex/
tremis intelligi nequit. Nomē vo illi correſpōdēs ſigni
ficat tm̄ rē abſq; illo. Ideo inquit. Ipſa igit̃ verba p ſe
quidem dicta atq; prolata ⁊ nō inter extrema ↄſtituta
⁊ nomina ſunt: ⁊ ſignificāt aliquid. ¶ Hęc res ſequitur
ex definitionib⁹ nominis ⁊ vbi: vt patet. ¶ Quātū ad Quātū ad
verba gręca attinet dixit per ſe dicta hoc eſt non inter vba gręca
extrema cōſtituta: q2 verbū habet ſignificatū pricipale:
⁊ hoc habet vt per ſe dictū: ⁊ vt ſic nomē eſt: habet ↄſi
gnificatū: quatenus iter extrema ponit̃. Ideo ait per ſe
dicta: cū enim p ſe dicitur aut pfertur: cadit a cōſignifi
cato: qđ ſibi cōpetit: p hoc quod ſtat iter extrema. Igit̃
ſibi tm̄ remanet principale ſignificatū: ⁊ cum illud met
ſit ipſius nominis: verba igitur p ſe dicta erūt noīa. Et
hāc expoſitionē pauci: imo nullus ante me pcepit. adie/
cit aūt ⁊ noīa ſunt ⁊ ſignificāt aliquid: nā omnis dictio
etiam non ſignificatiua dici poteſt nomē cōmuniſſime
acceptum. Ad denotandum q vult intelligere de nomi
ne proprie dicto adiecit ⁊ ſunt nomina: ⁊ ſignificant ali
quid. ¶ Et ita verbum illud gręce ⁊ non expoſitiue te/
netur: vt Ammonius credit. ¶ Hanc concluſionē ſyl/ Syllo.
logizat Ariſtoteles. ſiſtens cogitationem ⁊ quietans au/
dientem: eſt nomen ⁊ ſignificat aliquid: verbum per ſe
dictum ſiſtit cogitationem ⁊ quietat audientem. Igitur
nomen ⁊ per ſe aliquid ſignificat: tangit minorem ⁊ in/
quit: nam proferens illa ſic ſeorſum dicta cogitationem
ſiſtit: audiens quoq; eadem illi proferenti acquieſcit.
¶ Quantum vo ad verba gręca attinet verbum illud Quātū ad
gręcum legon tranſtuli pferens: quia dicere ſumit pro vba gręca
proferre. ¶ Eſtq; etiam ſermo ſuus clarior: propterea Legon.
ſuppleui illud verbum illa: quia de verbis loquitur.
¶ Uerbum ſiſteſi tranſtuli ſiſtit ⁊ non conſtituit: quo/ Siſteſi.
niam conſtituere cōuenit partibus reſpectu alicuius to
tius. Lateres enim conſtituunt domū. modo nec ver/
ba ſic dicta ſunt partes nec cogitatio totum. ¶ Uerbū
Dianoeam cogitationem tranſtuli: ⁊ non intellectū: nā Dianoea.
intellectus eſt ſolum intelligibilium: dianoea & ſenſibi
lium: eſt enim dianoea intellectus cum imaginatiōe con
iunctus: vt dicit Themiſtius in libro de memoria ⁊ re/
miniſcentia. ¶ Sed cōtra hęc obyciet iunior: q2 ſi pro/ Obiectio.
ferens verba ſm ſe dicta ſiſtit dianoeā: tunc verba ſi/
gnificarent eſſe vel non eſſe: hoc eſt affirmationem vel
negationem. ¶ Reſpondet Ariſtoteles q ille qui di/
cit verbum ſiſtit intellectum quo ad operationem: quę

eſt ſimplicium intelligentia: hac enim ratione quieſcit
audiens: non aũt ſiſtit ad dianoeam ſiue cogitationem
quo ad ſcðam: quę eſt eſſe vel nõ eſſe intelligere. Ingt.
¶ Sed ſi eſt aut non eſt ſubaudi tu ꝓferens verba per
ſe: nõdum ſignificat: ꝛ per ꝯſequẽs ſiſtit intellectũ quo
ad primã operationẽ: ꝛ nõ quo ad ſcðaʒ: que eſt intelli-
gere eſſe vel non eſſe. ¶ Et aũt Ariſt. hic ſoluat taciteʒ
hanc dubitationẽ particula illa aduerſatiua [Sed] hoc
Probatõ notat: quę eſt obiectioni aduerſans. ¶ Reſponſionem
hanc ꝓbat ꝛ iquit: qm̃ ſubaudi tu ꝓlatũ illud ſic per ſe
nõ eſt ſignũ rei eſſe vel nõ eſſe: hoc eſt non ſignificat rẽ
Multip' expoſitio. eſſe vel non eſſe: ſed reʒ tm̃ [neqʒ ſi.] ¶ Hęc pars mul
tipliciter exponit̃. Ammonius exponit ꝙ vtat̃ ratione
Expoſitio Ammõij a maiori: qm̃ ſi aliqđ ṽbũ ſignificet veꝝ vel falſum eẽt
ipſuʒ verbũ eſſe: ſed hoc nõ eſt: qꝛ̃ ſeiunctũ dictũ nihil
ſit: ſed ſolum cum inter extrema collocatur: vbi tunc cõ
ſignificat compoſitionẽ quãdam: quę ſine cõpoſitis in-
2ª expõ. telligi nequit. ¶ Sed qꝛ in gręco ſcribit̃ on: qđ latine
ſonat ens. ¶ Ideo Alexan. alr̃ exponit: ens nihil ſignifi
cat. Igitur nec ipʒ verbũ eſt qđ ab eo deriuat̃. añcedẽs
Cõfutatio ꝑ Thomã ꝓbat ꝑ hoc: qꝛ eſt ęquiuocũ decẽ ꝑdicamẽtis. ¶ Refu
tat hãc expoſitionẽ Thomas: tũ prio: qꝛ ens nõ ęquiuo-
cum eſt: ſed analogum cũ prędicet̃ ſm prius ꝛ poſteri⁹.
tum etiã qꝛ dictio ęquiuoca nõ nihil ſignificat: ſed mul
ta: ꝛ qñqʒ hoc ꝛ qñqʒ illud. Tum etiã qꝛ hęc expoſitio
3ª expõ Thomę. nõ multũ facit ad intẽtionẽ pñteʒ. ¶ Tertia exponitur
vt Ariſt. arguat de omni verbo: nã omne verbũ icludit
eſſe vt currere curſum eſſe ꝛ id genus. Sed ipſum eſſe
pure dictum nihil eſt: igitur oẽ verbũ pure dictuʒ nihil
erit. ¶ Sed hęc expoſitio quã approbat expoſitor mi-
hi nõ placet: tũc eni ꝯcluderẽ ꝙ alia verba nihil eſſent:
nam omnia illa cõcludunt ipm̃ eſſe qđ nihil eſt. Tum
ſcðo ꝙ Ariſtote. exiuit, ab illo ꝓpoſito ꝛ ad aliud ſe trã-
Expoſitio Ammõij ſtulit: cui hęc expoſitio nõ cõſonat. ¶ Propterea Am-
monius exponit ipſum verbũ eſſe nihil eſſe: qꝛ nõ ſigni
ficat veꝝ vel falſum. ¶ Sed cõſignificat quãdã cõpo-
Obiectio Thomę. ſitionẽ: quę ſine extremis intelligi negt. ¶ Obycit huic
Thomas ꝙ hoc eſt cõmune oĩbus noĩb⁹ ꝛ verbis. Igi-
tur non vadit ad intentioneʒ Ariſto. qui aſſumpſit ipm̃
eſſe quaſi quoddã ſpeciale. ¶ Hoc nihil eſt contra Am
moniũ: qꝛ lʒ Ariſto. ſpeciatim accepit ipm̃ eſſe. Illud ge
neratiʒ includit̃ in oĩbus: ideo põt ampliari ad oĩa: nec
rationes cõtra Alexã. valent. Prima nõ: qꝛ ens eſſe ana
logũ ſumpſit: ſed nõ ꝓbat. Secũda minime valet: hoc
ſignificat multa. igitur ſignificat aliqd: ſed hñ aliq̃: vñ
hęc ſtant ſimul. ens ſignificat multa: ꝛ ens nihil ſignifi-
cat. ¶ Sed vtcũqʒ ſit expoſitiones hę expoſitoris ſunt
ambiguę: ꝛ ꝑ illas difficile eſt itelligere qđ Ariſt. velit.
Propria expoſitio. ¶ Ideo alr̃ ꝛ Porphyrio ꝯſentanee expono: dixerat. n.
Ariſto. veꝝ ſiſtere cogitationẽ quo ad primã operatio-
nẽ intellectus: non aũt quo ad ſcðam: qm̃ nullũ verbuʒ
ſignificat rem eſſe vel nõ eſſe: qđ eſt in operatione ſcða
intellectus. ¶ Cõtra obycies: nã ipm̃ verbũ eſſe, videt̃
ſignificare rem eſſe vel non eſſe. Igitur rñſio illa falſa
videtur. igitur mihi ꝙ Ariſt. reſpõdeat huic obiectiõi.
Ubi diligenter animaduertendũ ꝙ ipm̃ verbũ ſum es
eſt: poteſt capi pure atqʒ nude penitus ab omni ſignifi-
catione: ꝛ ſic dicitur ſyncathegorema a logicis: qꝛ vt oĩs
nullus ꝛ id gen⁹ nihil ſignificant: ſed ſunt ſyncathegore
mata: ꝛ termini habẽtes officiũ: ſic verbũ ſum es eſt: cũ
pure accipit̃: vt etiã non coincidit cũ ſuo participio: eſt
termin⁹ hñs offm̃ atqʒ ſyncathegorema: ideo ingt: neqʒ
ſi ipm̃ eſſe ſeiũctũ dices ꝛ a noĩe ꝛ a participio ſubaudi
ſignificat eſſe vel nõ eẽ: nã ipſum quidẽ vt ſic nihil eſt
ſignificatiue. ¶ Sed cõſignificatiue ideo ſubdit: ſʒ cõ-
ſignificat qđdã cõpoſitionẽ: quę ſine extremis cõpoſitis
intelligi negt. Igitur eſt ſyncathegorema ꝛ non termin⁹
ꝑ ſe ſignificatiu⁹. ¶ Ex hoc ſoluit̃ dubitatio ꝛ colligit̃
ꝙ verbũ adiectiuũ differt a noĩe penes cõſignificatũ: ꝛ
nõ penes ſignificatũ. Cum eni omne verbũ adiectiuuʒ
includat eſſe: ideo includit ꝯſignificando cõpoſitionẽ il
lã. ¶ Ex his colligit̃ ꝙ verba ipſa ſm ſe dicta noĩa ſũt
qꝛ nihil ſignificant ꝑter noĩa e qbus deriuant̃: vt ṽo in-
ter extrema collocant̃ cõſignificant ipm̃ eſſe: ꝛ ita cõpo
ſitionẽ extremoꝝ: ꝛ ſic non ſunt noĩa: quo modo expo-
nẽdo nõ accidũt tot cõfuſiones. ¶ Et hęc expoſitio for
taſſe eſt Porphyrij: ꝛ ſi non ſua eſt noſtra. Quo ṽo ad
gręca verba attinet ipm̃ on, ꝓ eſſe accepit: non vt Alex.
exponit pro ꝑticipio: qꝛ ſic eſſet terminus ꝑ ſe ſignifica-
tiuus: vt iſte terminus exiſtẽs: qđ eſt cõtra intentioneʒ
litterę: adiecit ipm̃ nihil eẽ cathegorematice: qꝛ nihil ꝑ
ſe ſignificat: cũ ſit terminus habẽs officiũ: ideo ſubdit:
ſed cõſignificat: tñ ſyncathegorema ꝛ termin⁹ habẽs
officiũ. ¶ Hęc eſt expoſitio clara vt mihi videt̃: ꝛ ſatis
ad mentem Ariſto. Et de verbo ſatis.

¶ De oratione.

Oratio ṽo eſt vox ſignificatiua:
cuius partium aliqua ſeparata ſi-
gnificatiua eſt vt dictio: ſed nõ vt
affirmatio: veluti homo ſignifi-
cat quidem aliquid: non autem
quoniaʒ ſit aut non ſit: ſed erit affirmatio aut
negatio ſi quicquam ſibi addideris. vna ṽo
hominis ſyllaba nullatenus ſignificat. nõ eni
in hac dictione ſorex rex ſignificat: ſed tm̃ nũc
vox eſt: in compoſitis ṽo ſignificat aliquid:
ſed vt diximus non pro ſe.

¶ Illud (vt diximus) qđ principalr̃ hic perquiritur: eſt Cõ. 18.
enunciatio: huius partes ꝛ materia nomẽ: vʒ. ꝛ verbum
declaratę ſũt. pars ṽo vt forma quę ẽ oĩo: nũc declarat̃.
cur ṽo (vt Ammoni⁹ dubitat) nõ eo ordine rẽ affectu⁹
eſt quo in ꝓhemio pollicebat̃: dictũ eſt. ¶ Animaduer Nota.
tẽdũ igitur ꝙ nomini ꝛ ṽbo ꝛ oĩoni cõia ſunt vox ſigni
ficare ꝛ nõ per naturã: ſed ad placitũ: verũ ṽo cęterę par
ticulę: vt ſine tpe vel cũ tẽpore: an recte ꝛ determinate
ſiue aoriſtice: iam ex dictis pʒ: differt aũt oĩo ab vtroqʒ:
qm̃ illius pars ſignificatiua eſt vt dictio: noĩs ṽo ꝛ ṽbi
nõ niſi per accñs (vt diximus) in definitione pręterqʒ
an a natura ſit oĩo ipa ſignificatiua an ad placitũ: qꝛ de
hoc erit poſtea diſputatio. ¶ Apponit aũt illa duo vt ꝙ
ſit vox ꝛ ſignificatiua vt habeat genus ꝓximũ. adiecit
cuius pars ſignificat vt dictio ꝛ nõ vt affirmatio vt ha-
beat dñiam: qua differt e nomine ꝛ verbo.

¶ Sʒ ad intellm̃ hu⁹ definitiõis dubitem⁹ de ſingulis. p⁹ dub⁹.
Et p̊ vtꝝ oĩo ſit vox: ꝛ vĩ ꝙ nõ: oĩo nõ eſt vna vox: igit̃
nõ eſt vox. Antecedẽs argnit̃: oĩo eſt multę voces: mltę
voces nõ ſunt vna vox: igit̃ oĩo nõ eſt vna vox. ¶ Rñ Rñ⁹ ſorti colarum.
dẽt ſorticulę ꝯcedẽdo ꝙ oratio ẽ multę voces: ꝛ vlteri⁹
ꝙ plures ſiue multę voces ſunt vox ſiue vna ſola vox:
quẽadmodũ plures hoĩes ſunt vn⁹ ſolus hõ: ꝛ ꝙ ita ſit
probãt: qm̃ hęc vox eſt vna ſola vox: ꝛ illa vox eſt vna
ſola vox. Igitur hęc vox ꝛ illa vox ſunt vna ſola vox.
¶ Sed hęc vox ꝛ illa vox ſunt plures voces. Igit̃ plu-
res voces ſunt vna ſola vox: ꝛ ſic concedunt plures vo-
ces eſſe vnã ſolã vocẽ diuiſiue: vt dictũ eſt. ¶ Sed di- Replica.
ces ꝯ hos: qꝛ ſi plẽs voces ſunt vna ſola vox: igit̃ ꝑ ꝯuer
ſionẽ i pte vna ſola vox eẽt plẽs voces. ¶ Ampli⁹ plẽs

voces non ſunt hęc vna ſola vox: nec illa vna ſola vox.
Igiẗ nulla vna ſola vox: ⁊ ꝑ ꝯñs plures voces non ſunt
Defenſio. vna ſola vox. ¶ Rñdẽt ſorticolę ⁊ defendũt partẽ ſuã
ꝙ predicatũ illius ꝓpoſitiõis. plures voces ſunt vna ſo
la vox. ꝯfundiẗ ꝓpter vim copulationis: quę includiẗ
in v̾bo illo plures. Reſoluiẗ .n. pleſ ſic ⁊ illa ⁊ illa vt di
ximus. mõ nota copulationis habet vim cõfundendi: ⁊
ita negant cõuerſionez: q2 variaẗ ſuppoſitio. In prima
illa ꝑticula vox ſupponit ꝯfuſe. In ſecũda determinate.
Et ſi dicaẗ quõ cõuertiẗ: quere ipſos: q2 eſt extra ꝓpoſi
tũ. ¶ Ad ſcḋam dicunt ꝙ plures voces nulla vna ſola
vox ſunt: qm̃ nec illa nec hęc. cum quotñ ſtat ꝙ plures
voces ſint vna ſola vox: qm̃ ĩ hac iſte termin⁹ vox ſtat
ꝯfuſe tm̃: in illa determinate aut diſcrete: ꝓp qḋ hę nõ
cõtradicũt plures voces ſunt vna ſola vox: ⁊ plures vo-
ces nulla vna ſola vox ſunt: cũ termini nõ eodem modo
Qualis viſio ſortcolarũ. ſupponãt. ¶ Cꝫ ꝗ̃ hęc ſint acute dicta: ⁊ non pñt impro
bari: ſcias nõ eſſe peripatetice dicta nec neceſſaria nec
in talibus captiũculis debemus detineri. ¶ Multi .n.
Rñſ⁹ peripatetica. vt logicam ſeruent ad vnguem amittũt phiam: ⁊ mo-
ra in his impediẗ hominẽ ſcire veritatẽ. ¶ Peripathe-
tici igiẗ dicerent ꝙ oratio eſt vna vox vnitate verbi: ⁊
ſic põt dici plures voces ſimplices. vna v̾o cõpoſita ex
2ª dubitatio. illis ꝓpter vnitatem verbi. ¶ Aliqui dubitãt ſcḋo cur
dixit in neutro genere: cuius partiũ aliquid ſignificant
ſeparatim: ⁊ non dixit cuius pars aliqua ſignificat ſepa
Cõtratio rata. ¶ Hęc dubitatio ꝓcedit ex ignorãtia grecoꝝ ver
boꝝ. In greca .n. lingua pars quę grece meros dicitur:
neutri eſt generis: ideo ad nos debet venire: cuius ꝑtiũ
3ª dubitatio. aliq̃ ſeparata ſignificat: ⁊ ita põderatio expoſitoris fri-
uola eſt: vt multę alię. ¶ Tertio dubitat Aſpaſi⁹ cõtra
illaꝫ particulã vt dictio. qm̃ alicui cõpetit definitũ: cui
nõ cõpetit definitio. ¶ Nã hypothetica eſt oratio: ⁊ tñ
Prima reſponſio. partes eius ſignificant vt orationes. ¶ Rñdet Por-
phyrius hic eſſe diffinitam ſolã orationẽ ſimplicem: eo
q2 prior in oĩbus reperiẗ: cui reſponſioni etiam Aſpaſiũ
Obiectio. cõſentire ferũt. ¶ Obycit huic (vt mihi videtur) Boe
tius: qm̃ definitũ nõ dꝫ eſſe in plus ꝗ̃ definitio. Igiẗ cũ
oratio ſit cõmunis ſimplici ⁊ cõpoſitę: definitio ẽt dꝫ eẽ
Defenſio. cõmunis. ¶ Sed hęc rõ nõ cogit: dicerent enĩ ꝙ lꝫ rõ
quatenus oratio ſit communis ſimplici ⁊ compoſitę: tñ
quatenus hic deſcribitur non cõuenit niſi ſimplici per
Alia ꝯdictio. ſe: q2 ꝯtracte ⁊ nõ cõmuniter hic deſcribitur. ¶ Me-
Porphyrius. lius igiẗ ꝯdico ei: q2 Ariſt. poſtea diuidet orõnẽ in enũ
tiatiuã ⁊ nõ enũtiatiuã: ⁊ enũtiatiuaꝫ rurſus diuidet ꝑ
ſimplicem ⁊ cõpoſitam: ⁊ nullibi iam ipſam cõpoſitaꝫ
definit alia definitione: igiẗ vult eã eſſe hic definitam.
Scḋa. ¶ Scḋo oratio cõpetit vniuoce ſimplici ⁊ cõpoſitę: igi
tur debet dari vna definitio cõmunis vniuoca: ⁊ nulli-
Rñſio 2ª. bi dedit illã: igitur eẽt mancus. ¶ Alexã. v̾o ⁊ Ammo-
nius reſpondent ꝙ hęc definitio eſt cõis oĩbus vt ipm̃
definituꝫ: nã etiam oratio cõpoſita habet partes quę ſi-
Obiectio. gnificãt vt dictio. ¶ Huic opponũt alij vt Phylopon⁹
⁊ Syrianus: q2 Ariſto. ait vt dictio: ⁊ non vt affirmatio.
modo orõ cõpoſita hꝫ partes q̃ ſignificant vt affirma
Defenſio. tio: ⁊ ita male adiecisset: ⁊ nõ vt affirmatio. ¶ Alij ſol-
uũt ꝙ dcm̃ phi dꝫ ĩtelligi ſupplẽdo ſic: vt dictio neceſſa
rio: ⁊ nõ neceſſario vt affirmatio: ⁊ ſic competit oĩbus.
Rñſ⁹ ꝓpria ¶ Ego aũt dico pace tãtoꝝ viroꝝ ꝙ Ari. dixit vt dictio:
qm̃ lꝫ partes orõnis cõpoſitę ſint orõnes: tñ non vt ora-
tiones: ſed vt dictiones ſignificãt ſeparatę: ⁊ hoc ſatis.
4ª dub⁹. ¶ Dubitant q̃rto: cur adiecit vt dictio ⁊ nõ vt affirma
tio: ſatis eniꝫ fuiſſet dicere vt dictio: nunꝗ̃ enĩ dictio eſt
Rñſio prima. affirmatio. ¶ Reſpõdent quidam: q2 Ariſt. ſolitus eſt
nõnunꝗ̃ dictionez pro affirmatione accipere: ne igitur

viſus impediat: ſuppleuit ⁊ non vt affirmatio: ⁊ ſignãter
ait: ⁊ nõ vt affirmatio: q2 negatio addit ad affirmatio-
nẽ: ꝓpterea ſi non vt affirmatio ſatis habeẗ etiã ꝙ nec
vt negatio. ¶ Hęc rñſio ſic dicta: ſi eſt alicuius expoſi- Qualis reſpõſio hęc
toris greci: taceo: qm̃ ipſi verba Ariſt. melius intelligũt:
⁊ verecundũ eſt pugnare contra grecos de verbis gre-
cis. ¶ Hoc tamẽ nõ tacebo: ꝙ vbiqꝫ Ariſ. dũ dictionez
vocat. grece eam phaſim vocat: affirmationem v̾o cata-
phaſim. Sin aliter nõ memini me legiſſe: nõ tñ nego ca
taphaſim cõponi ex cata ⁊ phaſis. Ideo dico ꝙ ſupple- Rñſ⁹ ꝓpria
uit nõ vt affirmatio ad denotandũ partes orõnis vt di
xi poſſe ſignificare vt affirmatio: ſed Ariſt. vult non ſic
intelligere: ſed q̃tenus habent viꝫ dictionis. ¶ Hoc .n.
ſuppleuit ꝓpter orationes cõpoſitas: cuius partes ſunt
affirmationes: ſed nõ vt affirmationes: ſed vt dictiões
ſignificant. ¶ Ultimo queriẗ Phyloponus: vtrum hęc 5ª dubitatio
definitio cõpetat ſoluꝫ orationi perfectę. ¶ Rñdiẗ ꝙ Rñſio
ſoli perfectę hęc cõpetit: qm̃ partes non dicuntur niſi in
relatione ad totũ: totuꝫ aũt ⁊ perfectum idem: ⁊ cũ ora-
tio hic definiatur in relatione ad partes: videẗ rationa-
biliter hic definiri vt ꝑfecta. ¶ Sed ꝯ obycit Boetius Obiectio.
primo: q2 omne cõpoſitum habet partes: cũ autem tam Prima.
ꝑfecta ꝗ̃ imperfecta habeat partes: rationabiliter que-
libet erit totum ⁊ perfectum. ¶ Scḋo tunc partes ora- Scḋa.
tionis ⁊ cuiuſqꝫ compoſiti nõ eſſent ꝑtes niſi in fine cõ
poſitionis: q2 tunc ſolũ cõpoſitũ dicitur eſſe cõpoſitum.
¶ Mihi videẗ ꝙ rationes hę non militẽt: q2 nõ diciẗ Defenſio.
aliquid cõpoſitum: niſi ꝓpter formã ⁊ materiã: cũ ora-
tioni imperfectę deſit aut forma aut materia: alr eſſet
perfecta: rationabiliter nõ diciẗ compoſitũ nec totum:
Tũc ad rões dico: ꝙ oratio ĩperfecta nõ eſt totuꝫ: qm̃
vel caret v̾bo ſimplr vel verbo pñcipali: ⁊ per ꝯſequens
caret forma: ⁊ ſic nec eſt cõpoſitũ nec totũ: ſꝫ q̃dã vocũ
multitudo. ¶ Ad ſcḋm dico ꝙ partes nõ ſunt ꝑtes niſi
poſtꝗ̃ eſt ipm̃ totũ. aũt enĩ dicunẗ partes in potẽtia: niſi
igitur intellectus actu cõponat ſubm̃ ⁊ predicatum cuꝫ
verbo: non erit actu totũ: ⁊ ſic nec actu ꝑtes: ⁊ ſic ꝯcedo
id ad qḋ dducit. ¶ Meli⁹ igiẗ ꝯtra illos põt obyci: qm̃ Melior cõtrario.
ſtatiꝫ orationẽ hic definitã ſubdiuidit ꝑ perfectã ⁊ im-
perfectam: quã [illegible] incõgrue egiſſet: niſi vtriqꝫ hãc de-
finitionẽ eẽ cõeꝫ voluiſſet. ¶ Collige igiẗ definitionẽ.
oratio v̾o eſt vox ſignificatiua: cui⁹ partiũ aliqua ſigni- Definitio
ficatiua eſt ſeparata: vt dictio ⁊ nõ vt affirmatio: hoc eſt
ſignificatione ſimplici non cõpoſitiua aut diuiſiua: qm̃ Declaratio
aũt aliquid ſignificare vt pars põt eſſe dupliciter: aut ꝑs particularum.
compoſita: vt in hypothetica: aut vt ſyllaba: vt in voce
cõpoſita: ideo duo facit. Primo declarat ꝙ pars orõnis
ſignificat nõ vt pars cõpoſita: videlꝫ nõ vt affirmatio
vel negatio. Scḋo ꝙ nec vt ſyllaba. De primo ingt ve-
luti hõ ſignificat quidez aliqd: non aũt ſignificat ꝙ eſt
aut non eſt: ſed erit affirmatio aut negatio ſi ſibi quicꝗ̃
addideris: hoc eſt verbũ ſolum. ¶ Et ſic per exẽplũ pꝫ
prima pars: deinde declarat ſcḋam: ⁊ inquit. vna v̾o ho-
minis ſyllaba nullaten⁹ ſignificat: quod probat per exẽ-
plum ⁊ locuꝫ a maiori: ⁊ inquit. Nõ enĩ in hac dictione
ſorex rex ſignificat: ſed tm̃ vox eſt ſola: non habens viꝫ
ſignificandi. ¶ Contra tu dices: quia in cõpoſitis vt in
hircocerũ ſignificat pars. Reſpondet in cõpoſitis no-
minibus ſignificat aliqd ipſa pars ſeorſuꝫ: ſed (vt dixi-
mus) non pro ſe ad intellectum totius: cuius erat pars.
¶ Sic igiẗ patet ꝙ pars orõnis nec ſignificat vt pars
cõpoſita: nec vt ſyllaba: igiẗ ſignificat vt dictio. ¶ Orõ
igitur eſt vox ſignificatiua: cuius partium propinquaꝝ
aliqua eſt ſignificatiua ſeparata per ſe quidez vt dictio:
non autem ſemper vt affirmatio vel negatio.

¶ Eſt aūt oratio omnis ſignificatiua quidem: non tamē vt inſtrumētum: ſed quēadmodū dictum eſt ſm̄ inſtitutionem.

Cō.19. ¶ Syllogiçabat Plato in eo libro: qui Cratilus inſcribi
tur: orationē eſſe nā: ⁊ nō iſtitutione ſic. oratio eſt inſtru
mentum virtutis interpꝛetatiue nāliter nobis exiſtentis.
Platōis ratio Per ipſaꝫ enim ſignificamus alç affectiones ceu per in
ſtrumētum. omne autē inſtrm̄ virtutis naturalis eſt na
tura: veluti virtutis viſiuç oculi: auditiuç aures: ⁊ id ge
nus. igitur oratio natura: ſed nō inſtitutione eſt. hic erat
Ari. reſpō. Platonis ſyllogiſmus. ¶ Huic reſpōdet Ariſ. ⁊ conſen
tit maiori. negat tamē minorem. nam virtutis interpꝛeta
tiuç primū inſtrumentū ⁊ pꝛopꝛiū eſt pulmo: guttur: den
tes: lingua: ⁊ id genus: quç nālia ſunt. oratio vō eſt effe
ctus illius vtutis mediātibus illis inſtrumētis: ⁊ ita mi
nor falſa eſt. Inquit. Eſt autem oratio omnis ſignificati
ua qdem: nō tamen vt inſtrumētum: ſed (quēadmodū
dictum eſt) ſm̄ inſtitutionē: ⁊ ita Platonis minor falſa
Verboꝝ expoſitio. eſt. ¶ Quātū vō ad verba grçca attinet organon: vult
Boetius eſſe poſitū pꝛo natura: qꝛ (vt dictū eſt) Pla
to omniū artium inſtrumēta ſm̄ nām ipſarum artium
ꝯſiſtere ponebat: ⁊ ita erit ſenſus ꝙ oratio ſignificat: nō
vt inſtrumentum hoc eſt natura: ſed (vt dictum eſt in
caplo de nomine) ſm̄ ſynthecen hoc eſt ſiue iſtitutionē:
ſiue placitū: ſiue fçdus: ſiue pactū. Melius aūt Ariſto
teles organon non pꝛo natura poſuit: ſed pꝛo inſtrumen
to: quia per hoc (vt Ammonius ⁊ Alex. aiunt) Ariſtote
Dubitatio nes ꝯ ſolutionem. les minorem Platonis negare intendit. ¶ Sed adhuc
ſolutio Ariſtotelis nō videt̄ tuta Platonici quidā Her
Pꝛia rō. mippus ⁊ Numenius obyciūt. nam idem videtur de ef
fectu. Oratio enim effectus eſt virtutis nālis per inſtru
mēta naturalia: ⁊ omnis effectus vtutis nālis per inſtru
menta nālia eſt nā: nō inſtitutione. igitur oratio ipſa na
Scda rō. tura erit. ¶ Secūdo. oratio eſt iſtrumētum intellectus:
qui eſt virtus nālis. nā intellectus oratio ſignificat. Syl
logiſmo qui oratio eſt ratiocinatur: definitione quç ruͬ
ſus oratio eſt definit. Sed vt ſupra. omne virtutis nālis
inſtrumētū eſt nā. igitur oratio natura erit: non aūt in
Solō Ammōij. ſtitutione. ¶ Ad hçc Ammonius ſolutionem innuit ꝙ
quēadmodū in tripudio motus ipſe a nā eſt: modifica
tio illius (vt ita dicam) ab inſtitutione ⁊ artificio: ita in
oratione voces ſiue ſoni natura ſunt. modificationes vō
inſtitutione: ⁊ ita quatenus voces ſiue ſoni orationes na
tura ſunt quatenus tales voces inſtitutione formantur.
¶ Tunc ad rationē primā maior falſa eſt. poteſt enim
aliqs eſſe effectus virtutis nālis per inſtrumenta nālia:
vt tripudiū ⁊ eſſe inſtitutione. ¶ Ad 2ᵐ ait Ammonius
ꝙ intellectus non eſt nā: quoniā nullius corporis actus
eſt: ſed quaſi ſupra nām: ⁊ ſic nihil pꝛohibet virtutis ſu
Cōfutatio pꝛa nām eſſe effectum iſtitutione. ¶ Sed hçc reſpōſio
ſtare non pōt: qꝛ ſaltē intellectus eſt virtus nālis: diſtin
guendo nāle ꝯtra artem. Igitur effectus ſuus debet eſſe
Solō pꝓa nālis: vt diſtinguitur cōtra artem. ¶ Propterea dicen
dum ꝙ artificialiū pꝛincipiū immediatū eſt voluntas.
Hçc enim eſt immediata cā inſtitutionū: ⁊ pꝛopterea ꝗꝗ
concurrant intellectus et naturalia inſtrumēta virtutis
interpꝛetatiuç: qꝛ tamen oīa ſubiacent volūtati: ideo in
ſtitutione ſunt ⁊ nō natura. ⁊ hoc neſciuit explicare Am
Rō Alex. monius: lꝫ forte hoc voluerit balbutiri. ¶ Alexander
aphꝛodiſius enititur pꝛobare orationē eſſe inſtitutionē:
qꝛ cuius quelibet pars eſt inſtitutione: totum iſtitutione
eſt. Sed orationis partes vt nomē ⁊ verbū inſtitutione
Cōfutatio ſunt. Igit̄ tota oratio. ¶ Hçc ratio pace ſua petere vide
tur: qꝛ Plato ⁊ Socrates in libᵒ Cratili. voluere etiā no
mina ⁊ vba nāliter ſignificare. ¶ Amplius ſimilis qō
eſt de nomine ⁊ vbo: quando ipſa ſint effectus virtutis
nālis per inſtrumēta nālia. ¶ Ideo melius a ſigno idē Rō melior.
pꝛobari pōt: quç apud diuerſos ſunt diuerſa inſtitutione
eſſe videntur. id enī quod naturale eſt ſemper eſt vni
forme: ſed orationes apud diuerſas linguas diuerſç ſpe
ctantur ꝗꝗ idē ſignificent: igitur non nā: ſed inſtitutio
ne ſunt: ⁊ hçc eſt ſua melior ratio. ¶ Sed circa hçc re Dubitationes recentioꝝ
centiores ambigunt vtrum nomē qō ſignificat aliquid
ſi imponatur de nouo ad ſignificandū aliud: remaneat
idem nomen. verbi cā. iſtud nomē homo ſignificat So Pꝛima.
cratem ⁊ Platonem: vtrū ſi ponatur ad ſignificandū
idem qō equus remaneat idem nomen. ¶ Secūda du Scda.
bitatio vtrū oīo quç de nouo imponitur ad ſignifican
dū aliud ꝙ̄ pꝛimo ſignificabat: vt hçc oratio: homo eſt
animal: dato ꝙ ſignificet deum eſſe: teneat vicē oīonis
vel dictionis. ¶ Ad pꝛimā reſpōdēt nōnulli recentioꝛ. Solō ad pꝛimā recentioꝝ.
ꝙ nomen impoſitum de nouo aliter ad ſignificandū ꝙ̄
ſignificabat non eſt idem nomen: hoc pꝛobāt exemplo:
qꝛ ſicut ex variatiōe formç artificialis reſultat alia atq̄
alia res artificialis: ita ex variatione ſignificationū re
ſultabunt alia atqꝫ alia noīa. ¶ Sed hçc poſitio ſtare Cōfutatio
nō pōt. pꝛimo: qꝛ ad variationē eiꝰ qō deforis ⁊ per ac
cidens accedit nihil oꝫ variari: ſed nomen ⁊ verbū ſi
gnificant ex volūtate: ita ꝙ ſignificatio deforis accidit
nomini ⁊ verbo: igitur nomen per illius variationē nō
variabit̄. ¶ Amplius ſi ad variationē ſignificationum
varientur nomina: ad conuenientiam erunt eadē. Igit̄
homo ⁊ Anthꝛopus erunt vnum nomen: qō nemo dixit.
¶ Ideo dicendū ꝙ nullatenus variatur nomen: lꝫ va Solō pꝓa.
rietur ſignificatio cū illa ſit accidens ipſi nomini. Pōt
tamen dici variatum extrinſece: quēadmodum colūna
ſit dextra vel ſiniſtra ipſo animali variato. nec valet: ſi
gnificatio formalis variatur: igitur nomen: qꝛ illa eſt ſi
bi extrinſeca: ſicut colūnç dexteritas. ¶ Ad rationē di Pꝛime rone.
co ꝙ variata forma artificial̄ itrinſece variat̄ res artifi
cialis: modo non ſic eſt in nominibus. ¶ Ad ſecundam Ad ſecundam.
reſpōdent ydem ꝙ oratio de nouo impoſita ſignifican Cōfutatio
dum nouū cōplexū vim habet dictionis. ¶ Hoc abſo
lute dictum eſt falſum: qꝛ volo ꝙ homo ſignificat mihi
equum bos animal: ⁊ facio hanc pꝛopoſitionem: homo
eſt bos: pꝫ ꝙ quelibꝫ dictio ⁊ pars ſignificat vt dictio:
igitur tota nō ſignificat vt dictio. ¶ Ampliꝰ hçc oratio
de nouo ſic ſignificās eſt oratio: igitur partes eius ſigni
ficāt vt dictiones ꝑ diffinitionē datā. ¶ Propterea di Solō.
co ꝙ oratio poteſt imponi ad ſignificādum aliquod cō
plexum de nouo dupliciter. Uno modo ponēdo ꝙ par
tes ſignificēt: ex quarum ſignificatione reſultet ſignifi
catio totius: ⁊ hoc modo ſignificat vt oīo: vt argumēta
cogunt. alio mō ponēdo ꝙ oīo ſignificet pꝛimo illō cō
plexum de nouo nihil de partibus aſſerendo: hoc eſt nō
ꝑ hoc ꝙ ſignificatio eius reſultet ex ſignificatiōe noua
partiū. Et hoc mō bene dicūt ꝙ ſignificat vt dictio: qꝛ̄
ſua ſigſ̄atio nō reſultat ex ſignificatiōe ptiū: ꝗ̄ in caſu
nō erit oīo: lꝫ ptes ſint noīa: nec ꝓpō: lꝫ ſignificet cōple
xū: ſed dictio erit tm̄. de hac re ſupra diſputatū eſt.

¶ Enuntiatiua vō nō oīs: ſed illa in qua verū aut falſum eſt: nō aūt in oībus eſt: veluti depꝛecatiua. oratio qdē eſt: ſed neqꝫ vera neqꝫ falſa: cetere qdem igitur relinquantur: nā ad oratoriā aut poeſim illaꝝ magis cōſideratio attinet: enūtiatiua vō pn̄tis cōtēplatiōis eſt.

¶ Diuiſio enūtiatiōis: vt Boetiꝰ eſt auctor hac rōne ſit Cō.20.
ſumpta

ſumpta oratiōe pro genere:orationū alia imperfecta:vt Plato in lycio. Alia vō perfecta. perfecte vō (ſi liceat bimēbrem facere.) Alia enuntiatiua. alia nō enuntiatiua. queq3 diuiſio:ideo per alterꝫ mēbrum negatiuū datur: qm̄ ſubdiuidētib⁹ mēbris genus cōe nomē nō habet. nō enūtiatiuę vō alia eſt depcatiua:vt adſit letitię bacchus dator. Alia iperatiua:vt accipe:daq3 fidez. Alia interrogatiua:vt quo te meri pedes. an quo via ducit in vrbez? Alia vocatiua:vt o qui rex hoīumq3 deūq3 ęternis regis imperijs. Enūtiatiua vō eſt vt dies eſt:dies nō eſt. Non enuntiatiuarꝫ vō ſpecies expoſitor reducit ad tres. quoniā3 illę quinq3 ordinatę ſunt vt vnus ex intellectu alterius dirigat:quod qdem tribus fit modis. Primo ad attendēdum mēte:ꝛ ad hoc oratio deſeruit vocatiua. Secūdo ad reſpōdēdū3 voce:ꝛ ad hoc facit interrogatiua. Tertio ad exequēdū opere:qđ etiā trifariam fit. aut per expſſionē deſiderij:ꝛ ad hoc facit optatiua. vel reſpectu ſuperioris:ꝛ ad hoc facit depcatiua. aut reſpectu inferioris:ꝛ ad hoc facit imperatiua. Siqs aūt vellet poſſet reducere etiā has ad bimēbrē quę res cū nō multū conferat:ſit ħ ſatis. Ariſtoteles itaq3 mirabili breuitate vtēs: vt Ammonius inquit. tria facit fere iſimul. orationez diuidit:enūciatiuā definit:intētionē ad ſpēm aſtringit. Diuidens orationē ait. enuntiatiua vō nō omnis. Et ſic innuit orationū aliā eſſe enūtiatiuā:aliaꝫ nō enuntiatiuaꝫ. Deīde innuens definitionē inquit. Sed illa in qua verū vel falſum eſt. Eſt igiṫ enūtiatio oratio in qua vel veruꝫ vel falſuꝫ eſt. Ut vō clarior eſſet hęc definitio ſubſcribit differētiā:qua differt a cęteris. Quę in definitione poſita eſt. ꝛ inquit nō aūt in omnibus eſt verꝫ. vꝫ. vel falſuꝫ. veluti depcatiua oratio ꝛ cęterę id genus oratio quidez eſt. ſed neq3 vera:neq3 falſa. Deinde abyciens a cōſideratione pſenti orōnes nō enūtiatiuas aſtringit intētionē in ſpēm. Nā hucuſq3 de partibus iterptationis:ꝛ de cōi ipſa orōne locutus eſt. Et inquit. cęterę quidez igiṫ relinquanṫ. nam ad oratoriā ſiue rhetoricam:aut ad poeſim ſiue poeticaꝫ magis illarum cōſideratio attinet. Enūtiatiua vō pſentis contēplationis eſt:quę ſpēs eſt orationis potior:huius vō ſpēs ſunt affirmatio ꝛ negatio. Hęc igiṫ ſunt quę Ariſtoteles breuib⁹ cōplexus eſt. ¶ Quātū vō ad verba gręca attinet verū vel falſum in enuntiatione ſunt:in intellectu:atq3 reb⁹. In reb⁹ quidem vt in cā:qm̄ ab eo qđ res eſt vel nō eſt enūtiatio fit aut vera aut falſa. In intellectu vō:qr intellectus ſubm oīum veroꝝ. ꝛ ita in intellectu ſunt vt in ſubo. In enūtiatione vō ipſa ſunt vt in ſigno ceu ſanitas in vrina. ¶ Sed ſupradictis emergūt dubitationes. Prima. videṫ ꝙ Ariſtoteles male definierit enūtiationē per verꝫ vel falſuꝫ:qm̄ verꝫ vel falſuꝫ. aut ſunt dr̄ię:aut ꝓpria. Siqdez ꝓpria non erit bona definitio. ſi dr̄ię:tūc cōſtituūt ſpēs:ꝛ ita p ſuas ſpēs definiſſet. ¶ Secūda cur ſolū de enūtiatione eſt cōſideratio. Logica eni eſt ſcia cōis. igiṫ de oīb⁹. ¶ Tertia de ꝓpōne tractatur in libro pꝛioꝝ:ꝛ in libro poſterioꝝ. Igiṫ nō hic de enuntiatione:cū idem ſint. ¶ Ad pmā reſpondet Ammoni⁹ ꝙ enūtiationē ſignanter definit per verꝫ vel falſuꝫ:qr ſunt fines eius:ꝛ definitio daṫ per finē mſtotiens. Uel dici pōt ꝙ ſunt vt ꝓpria:quę ponunṫ loco differētię:quę nobis latet. etiā ſi ſint dr̄ię ꝛ cōſtituunt ſpēs. genus definiri per ſpēs fieri poteſt:vt dicit Alexander:quādo vel dr̄ię latent:aut genus nō ſit penit⁹ vniuocum. ¶ Ad ſecūdam reſpōdet Theophraſtus phs ꝙ omnis oratio aut iſtituta ordinataq3 eſt ad auſcultationem auditionemq3:aut res ipſas. Si ad auſcultationes atq3 auditiones:ſic pertinet ad rhetorem atq3 poetam. vt Plato oſtēdit in phedro. ꝛ Socrates philebo. Si vō ad res:ſic enūtiatio inſtituta eſt ad librum poſteriorum ꝛ ad ſciam:ꝛ ita erit ꝓpria huic cōſiderationi. ¶ Ad tertiam dici pōt ꝙ enuntiatio differt a ꝓpoſitione:qm̄ ꝓpoſitio ordinaṫ ad ſyllogiſmū:ꝛ quatenus ordinaṫ ad ſyllogiſmū diciṫ ꝓpoſitio:quę ſi ordinaṫ ad demōſtrationē:poſitio dr̄. ſi ad ſyllogiſmū dialecticū:ꝓpō dialectica. Si ad ſyllogiſmū ſophiſticū:ꝓpoſitio ſophiſtica. Sed ſi ad ſyllogiſmū ſimplr̄:vocaṫ ꝓpoſitio abſolute. Enuntiatio vō diciṫ quatenus ſubordinatur itellectui per voces exprimētis de rebus verū falſumue. Et ita differunt qa enuntiatio eſt extra mentem tm̄ in voce aut ſcripto:propoſitio extra ꝛ intra mentē. Enuntiatio etiaꝫ dici poteſt ꝓpoſitio:ꝛ cōcluſio. ꝛ ꝓblema:ꝓblema in dialectico ſyllogiſmo:concluſio in demōſtratione:itemq3 dici poteſt quęſtio:ꝛ id genus:ꝓpoſitio nō niſi pręmiſſa. Hęc tamē latius explicabunṫ in libro prioꝝ ꝛ poſterioꝝ. ¶ Quęrunt rurſus ſorticolę an eiuſmodi ꝓpoſitiones:tonat:coruſcat:lego ꝛ id genus ſunt enūtiatiōes. Secūdo an differat dicere ego lego:ego auguſtinus ſcribo:ꝛ dicere lego:ſcribo. ¶ Ad pmaꝫ reſpōdent nōnulli ſorticolę ꝙ illiuſmodi ꝓpōnes:nec ſunt orōnes:nec enūtiationes:bene tamē ſunt complexa quędam in virtute. Mouentur aūt argumento ꝙ illaꝝ vna pars vtpote ſubiectū eſt in mente. vꝫ. ego. Alia vō in voce:vtpote pdicatum. Enuntiatio aūt ꝛ omnis oratio eſt penitus in voce vel ſcripto ꝛ ita eiuſmodi eē nō poſſunt orationes vel enūtiatiōes. ¶ Sed iſti delirant penitus. Nā eiuſmodi ſunt in voce aut ſcripto:ꝛ in eis eſt verum vel falſum:igitur enuntiationes. Hęc eni fuit Ariſtotelis definitio. Nec cōtra eos aliter arguo:ſunt eniꝫ hęc de ſe deriſibilia. ¶ Animaduerte igitur ꝙ eiuſmodi ſunt enuntiationes: qm̄ verba ſunt ſubm ꝛ pdicatuꝫ ꝛ copula. In iſta dictione lego:aut ambulas:eſt ſubiectū vi pmę vel ſecūdę perſonę verbi: quę ſua natura illam importat. Eſt pręadicatū:quia reſolui poteſt in participium:eſt ꝛ copula propter ideꝫ. igitur abſolute eſt enuntiatio. ¶ Ad rationē dico ꝙ ſubiectuꝫ nō eſt in mēte ita vt nō ſit in voce:eſt enim in mēte forſitan explicite. in voce vō implicite vti ꝛ pdicatū. ¶ Ad ſcđam reſpōdent nōnulli ꝙ illiuſmodi ꝓpoſitiones differunt:quoniā cum addunṫ ſubiecta illis:que ſunt ꝓnomina ꝛ pmę ꝛ ſecūdę perſonę:denotaṫ affectio aliqua ſiue pręciſio quędam:verbi cā cum diciṫ ego auguſtinus ſcribo:denotatur ꝙ aut ſolus ſcribo:aut nullus ita bene ſcribit. ¶ Et tūc iuxta hanc regulā deducunt captiūculas. Prima. ego auguſtinus ſcribo. igiṫ nullus alius ſcribit aut nullus alius ita bene ſcribit. Tenet captiūcula p regulam. Secunda. nō valet. ego auguſtinus curro. igiṫ ego ſum. Eſt eniꝫ antecedens veruꝫ vbi ego ſolus currerem:conſequens vō falſum:quia denotaret me ſolū eſſe. Tertia hęc eſt abſolute falſa. ego ſum:tu es:qr tunc nullus alius eſſet. ideo dixit deus. ego ſum qui ſum:quoniā alia a deo vel non ſunt:vel nō ita bene. Bene tamē concedent has ſum:es:ꝛ id genus. ¶ Sed iſti ꝓpter captiūculas ſepe trudantur in pueriles fabulas. Hęc eniꝫ riſu digna ſatis ſunt. Nam dum dico ego ſuꝫ vel tu es:aut in his volunt eſſe intelligenda ſubiecta:aut nō. Si nō:igiṫ erit aliqua enuntiatio perfecta:ꝛ nō cuꝫ ſubiecto. Si vō volunt eſſe ſubiecta intelligenda. ſed intellectus poteſt explicare voce omne quod cōcipit:ꝛ nō aliter poteſt:ꝗ dicendo ego ſum:vel tu es. igiṫ eę ęquiualent ſum:ꝛ ego ſum:es ꝛ tu es. Secūdo tūc hęc eſſet nugatoria tm̄ deus eſt:tm̄ ego ſcribo:ꝛ id genus. Propterea videtur mihi illiuſmodi orationes nō differre quātum ad rem:ſed ſolū quo ad vſum rhetoricum atq3 ornatum. quo eniꝫ ad veritatez ideꝫ eſt dicere tu es:ꝛ es:ego ſcribo:ꝛ ſcribo. Ad

Cōtraria

Reſpōſio propria.

dunt tamen rhetores ꝓnomina ipſa pmę ⁊ ſecūdę perſo
nę nōnunꝗ̄ emphaticos:veluti illud Maronis. Me ne
incepto deſiſtere victam:ſub illo pronoie me/ intellexit
reginam deorum:⁊ ſororem:⁊ Iouis cōiugē. Similiter
Cicero. Ego omni officio ac poti⁹ pietate erga te ceteris
ſatiſfacio. ſub illo pronomine ego:ſe illum talem qui cū
lentulo familiariſſime vixit:⁊ qui tot beneficia ab eo ac
ceperat intellexit. Addunt igitur rhetores eiuſmodi ad
amplitudinem. ſ3 quo ad ꝓpōnū veritatē:quā logicus
cōſiderat:nulla ſit differētia. Et hoc modo intelligēdum
eſt illud Priſciani grāmatici. Hęc ſatis.

¶ Eſt aūt vna prima oratio enunciatiua:affir
matio. Deinceps negatio. Ceterae vero oēs cō
iunctione ſunt vna. Neceſſe eſt aūt omnē ora
tionem enunciatiuā eſſe ex verbo aut caſu ver
bi:quando ⁊ hominis ratio niſi ipſum eſt:aut
fuit aut erit:aut tale aliquid adijciat nequaꝗ̄
oratio enunciatiua ſit. Quāobrem vnū quod
dam ſit ⁊ non multa animal:greſſibile:bipes:
Neq3 enim q2 propinque dicuntur:vna erit.
Erit alterius hoc tractare negocij.

¶ Cōueniunt expoſitores ⁊ gręci ⁊ latini ꝙ definitā enū
Cō. 21. tiationem nunc diuidat Ariſtoteles:⁊ volunt ꝙ Ariſto
teles breuibus duas diuiſiones enūtiationis explicet:q̄
rum vna eſt ꝙ enūtiationū quędam eſt vna ſimplex:q̄
dam vna cōiunctione. Quam expoſitor eo approbat ꝙ
etiā in rebus aliqd eſt vnū ſimplex:vt indiuiſibile aut
cōtinuū:alterū colligatione:aut cōpoſitiōe:aut ordine.
¶ Scda vero vt expoſitor ait ſubdiuiſio eſt enūtiationis
vnius in affirmationē:⁊ negationē. Unde recētiores vo
lunt diuiſiones eſſe hꝰ enunciationum quędā eſt cathe
gorica. quędam hypothetica. Cathegoricaꝝ alia eſt affir
matiua alia negatiua. ¶ Mouet Boetius dubitationē
Du⁹ boe. vtrum id quod ait pma ad affirmationem referat:vt ſit
poſterior negatio. An id quod ait pma ad ſimplicē retu
lerit orationē:vt ſecūda ſit quę ex orationibus iungitur.
¶ Hęc Boetij queſtio reſoluit in tres. Prima vtrū di
Reſolu uiſio enūtiationis per vnā ⁊ coniunctione vnā ſit pᵒr di
tionis. uiſione per affirmationē ⁊ negationē. ¶ 2ᵃ vtrū affirma
tio ſit prior negatione. ¶ 3ᵃ vtrū ſimplex ſit pᵒr coniun
cta. ¶ Rn̄det expoſitor:e quo acceperunt recētiores:ꝙ
Rn̄ſio ad pma diuiſio enūtiationis eſt per cathegoricā ſiue vnam
pmaꝫ ſm ſimplicem:⁊ hypotheticā ſiue coniunctione vnā. Huius
expoſitorē. ratio ab expoſitore colligit:quia prima entis diuiſio eſt
per vnū ⁊ multa. Igitur prima enūtiationis diuiſio eſſe
debet ſilr. Alia vero diuiſio eſt potius ſubdiuiſio enuntia
tionis ſimplicis. ¶ Sed pace hoꝝ dixerī:hoc ſtare nō
Cōfutatio pōt:quoniā etiā hypothetica ſiue cōiunctione vna eſt af
pmꝰ erroꝛ firmatiua vel negatiua. Igit nō diuiſio ſecūda ſiue ſub
diuiſio alterius membri eſt illa quę fit per affirmationē
⁊ negationem. ¶ Secūdo errant recentiores quādo vo
Secūdus lunt hanc diuiſionē eſſe per cathegoricā ⁊ hypotheticā:
error. qm̄ tunc ſola cōditionalis eſſet cōiūctione vna. Ammo
nius enī ⁊ Boetius volūt hypotheticā nō eſſe niſi duo
bus modis. aut cōditionalem:aut diſiunctiuā quę etiam
ſpēs ꝯditionalis eſt vt dicemus. Un̄ ⁊ gręce hypotheſis
cōditio eſt. Igit hypothetica cōditionalis eſt itā. ¶ Iō
Sol. ꝓ pa dicēdū ad pmā ꝙ hę duę diuiſiones enūtiationis ęqua
Primū les cōuertibiles cū ipſa ſunt. Ut enim ens diuidit per
vnum ⁊ multa:⁊ per actū ⁊ potētiā ⁊ id genus. Quoniā
omne ens aut eſt vnū aut multa. Similr omne ens aut
actu aut potentia. Sic omnis enūtiatio aut vna ſimplex


aut coniuncta. Et omnis etiā aut affirmatiua aut negati
ua. Et ita ęquales ſunt diuiſiones eiuſmodi:⁊ nō vnam
ſubdiuiſionē alterius. ¶ Dico ſecūdo ꝙ hęc diuiſio per Secūdo
vnā ⁊ cōiūctione vnā:nō eſt diuiſio per cathegoricam ⁊
hypotheticam. Nō enī vt Boetius ⁊ Ammonius aiūt:
cathegoricū opponitur hypothetico:ſed cōiūctione vni.
Eſt aūt cōiunctio nō vno modo:ſed īterdū copulatione:
interdum tēpore:interdū loco:⁊ id genus. Hę enim ſunt
cōiunctione vnę. quādo ſol exoritur:dies eſt:quia cōiun
guntur cōiunctione temporis. Hę ſimiliter. vbi tu diſpu
tas:Socrates iacet. ⁊ alię eiuſmodi. Quę tamen nō ſunt
hypotheticę. Recte igitur Ariſtoteles verbo cōmunior
vtens. dicit cęterę vero oēs cōiūctione ſunt vna:⁊ nō dixit
cęteras omnes eſſe hypotheticas. ¶ Ad ſecundā reſpon Solo. ad
det Ammonius ꝙ affirmatio ſolum ex parte vocis eſt ſecūdam
prior negatione:quia eſt ſimplicior. Nam negatiua enū Ammo.
tiatio affirmatiuę addit particulam negatiuā. ¶ Expo Additio
ſitor autē adijcit duas alias rōnes:ꝙ affirmatio eſt pᵒr expoſito
ex parte intellectus:quoniā affirmatiua ſignificat com ris.
poſitionē intellectus. negatiua ſignificat diuiſionē. mo
do compoſitio eſt prior diuiſione. cum nō ſit diuiſio niſi
compoſitoꝝ. Secūdo ex parte rei:quoniā affirmatio ſi
gnificat eſſe:negatio nō eſſe. modo eſſe ⁊ vlr habitus na
turalr prior eſt ꝑuatione. ¶ Sed hęc additio nō placet. Cōfutatio
Prima quidem nō:quoniā a pari diuiſio eſſet prior cō additiōis.
poſitione:qm̄ non eſt compoſitio niſi diuiſoꝝ. Amplius
vt dicit Ammonius affirmatio ⁊ negatio quo ad cōpoſi
tionem ⁊ vnitatem nō differūt:quoniā vtraq3 eſt cōpo
ſita ex verbo ⁊ nomine. Licet illa dicat diuiſio reꝝ. Se
cunda vero minime:qm̄ priuatio nāliter ꝑcedit habitum
vt dī in prędicamētis. Prius enim catulus cęcus eſt ꝗ̄
videns. ⁊ ita ſatis eſt reſponſio Ammonij:quā Boetius
etiā approbat. ¶ Ad tertiā reſpōdet Boetius ꝙ enūtia Sol. 3ᵉ pᵒ
tio ſimplex eſt natura talis. At coniuncta nō eſt vna niſi
poſitione ⁊ quaſi ab extrinſeco. Sed qd eſt nāle pᵒus eſt
eo quod poſitione eſt tale. iure ſimplicem pᵒrē opꝫ eſſe
cōiuncta ꝗ̄ꝗ̄ reſponſionem Ammonius ſenſit. ¶ Sed Cōfutatio
hęc reſpōſio videt cōtradicere Ariſtoteli:quia ſi enūtia
tionis ſimplicis vnitas eſt a natura:etiā ipſa erit a natu
ra. eadem enim ratio eſt entis:⁊ vnius:ꝓpōnis ⁊ vnius:
vt dicit in elenchis. ¶ Sed Ariſtoteles ait ꝯtra Plato
nem nullam orationē eſſe a natura. Igit videt hęc expo
ſitio cōtra Ariſtotelē. Propterea dico ꝙ via inuentiua Reſpōſio
quę cōpoſitione agitur:ſimplex enūtiatio prior eſt. Uia propria.
vero analitica hoc eſt reſolutoria compoſita eſt pᵒr ſimpli
ci. Sed qm̄ Ariſtoteles in iſto libro eſt inuentiuus:iure
ſimplicē pręponit. Inquit igitur. eſt aūt vna pma oratio
enūtiatiua affirmatio. ⁊ rn̄dēs ad particulā pma ſubſcri Lrē expō
bit deinceps negatio:quia ipſa negatio voce poſterior eſt.
Ad particulā illam vna. rn̄dens ait:alię vero cōiunctione
ſunt vna. vt hypothetica ⁊ id genus. ¶ Sed adhuc eſt Du⁹ alex.
dubitatio Alexandri. v3. vtrū diuiſio enuntiationis per
affirmationē ⁊ negationē ſit generis in ſpēs. ¶ Secūda 2ᵃ ammo.
eſt dubitatio Ammonij:vtrū hęc ſiue enuntiatio ſiue ꝓ
poſitio ſol exiſtente ſuper terrā dies eſt:ſit ſimplex:aut
cōiunctione vna. ¶ Rn̄det Alexander ꝙ diuiſio enun Sᵒ Alex.
tiationis per affirmationē ⁊ negationē nō eſſet generis
in ſpēs:quoniā in genere nō eſt ordo:in enūtiatione eſt
ordo. ¶ Rn̄dēt Ammonius ⁊ Boeti⁹ ⁊ expoſitor ꝙ hꝫ Secunda
vna poteſt eſſe altera prior cōparatione facta inter ſe vt reſponſio.
in numeris pꝫ. Sed cōparatiōe ad tertiū:vtpote ad cōe
genus nullus eſt ordo:qm̄ ęqualr ſunt orationes veri vel
falſi participes:quę eſt definitio enūtiatiōis. ⁊ hęc rn̄ſio
pōt ſtare. Scias tn̄ ꝙ Boetius ⁊ Ammonius inter affir
mationē ⁊ negationē nullū aliū volunt ordinē:niſi ꝑla
tionis

rionis ꝛ vocū. ℂ Expoſitoꝛ alios affert:quos delecim⁹.
Rñſio ad ſcdam ℂ Ad ſcdam dici pōt ꝙ illa eſt ꝯiūctione vna:qm̄ abla/
tiuus abſolutus reſoluit̄ per ꝯiunctionē aliquā:vt dicūt
Expō ſcde ptis pma. grāmatici. Hec de diuiſionibus colligunt̄.ℂ Deinde vt
Ammonius ꝛ Boetius itroducūt. Ariſto.volēs diſputa/
re de affirmatione ꝛ negatione:q̄ ſunt ſpēs enūtiationis,
pmittit quoddā vtile ad ſermonē de illis.vꝫ.ꝙ oīs enū/
tiatio ꝯſtat ex vbo.vꝫ.pſentis tēpoꝛis:aut caſu verbi:qō
eſt preriti aut futuri.Tacuit verbū infinitū : vt ait Am/
monius:Tum qꝛ pncipaliꝛ de affirmatione loquet̄:tum
vel maxime:qꝛ cooꝛdinat̄ cū negatiuo.habet eni cuꝫ eo
p⁹ dubi⁹ fere eādeꝫ vim.ℂ Sed dubitat Ammonius cur pteryt
nomē.pōt eni iimo ꝯſtat enunciatio ex noie ꝛ recto vt ſol
Rñſio p⁹ oꝛit̄:ꝛ caſu ei⁹ vt me tedet ſcribere.ℂ Rñdet pmo hoc
eſſe ptermiſſuꝫ:qꝛ pōt eſſe enūtiatio:ꝛ nō ex noie vel ca/
ſu nois:vt ſcire tuū nihil eſt:vbi verbū eſt ſubiectū. Nul
Cōfutatio la tñ enūtiatio eſſe poteſt ſine vbo aut vbi caſu.ℂ Hec
rñſio nō valet : qm̄ verba illa in enunciatione noia ſunt.
Propterea Poꝛphyrius phs quē Boetius etiā ſequitur
voluit ptermiſiſſe ipſuꝫ nomē:qꝛ verbū eſt principalioꝛ
pars:cū ſit pars formalis:quaſi totius enūtiationis com
Signum pletiua.ℂ Signū aūt affert ꝙ tota oīo a pdicato qō eſt
verbū nomē nanciſcit̄.dicit̄ eni cathegoꝛica hoc eſt pdi
Expō ꝓpꝛa catiua.ℂ Hec eſt vna expoſitio quę ſtare pōt. Mihi tñ
videt̄ ꝙ Ariſto.rñdeat qōni tacitę.Dixit eni eſſe enūtia
tionū alterā ſimplicē:alterā ꝯiūctione vnaꝫ. ℂ Ideo qs
obyciet.oīs enūtiatio ꝯſtat ex vbo.verbuꝫ aūt importat
cōpoſitionē:quā ſine extremis nō eſt itelligere. Igit̄ oīs
enūtiatio dī cōpoſita. Cui rñdet ꝙ oīs enūtiatio eſt cō/
poſita ex noie ꝛ verbo.Sed dī ſimplex : qꝛ nō ex pluri/
bus enuntiationibus ꝯſtat. Veluti hęc.ſi ſol exoꝛit̄:dies
eſt:quę pluribus ꝯſtat oꝛonibus. Et tūc ꝯtinuet̄ lr̄a ſic:lꝫ
enuntiationū ſit q̄dam ſimplex. Neceſſe eſt tñ oēm oꝛa/
tionē enuntiatiuaꝫ eſſe ex verbo aut caſu verbi. Igit̄ dī
ſimplex ſimplicitate oppoſita cōpoſitioni ex pluribus
Approbatio expōnis enuntiationibus.ℂ Et hęc eſt expō rectioꝛ. Primo : qꝛ
iſta particula aduerſatiua[aūt]poni nō ſolet ſic obiter:
niſi ad obiectiones tacitas tollendas.Scdo.qꝛ interpo/
ſitio fuiſſet nimis caſualis ꝛ non ptinēs. Tacuit aūt no/
Probatio mē:qm̄ verbū intelligi nō pōt abſqꝫ extremis. ℂ Qꝛ aūt
oīs enuntiatiua oīo ex verbo ꝯſtare debeat.pbat p locū
a maioꝛi ſic.qꝛ ſi qua oīo eſſet enuntiatiua ſine verbo:
maxime eſſet definitio. Mō ingt qñ ꝛ hoīs rō:niſi ipſū
eſt:aut fuit:aut erit:aut tale aliqd adyciat̄ : nequaq̄ oīo
enuntiatiua ſit. Igit̄ oīs enuntiatiua oīo ex verbo ꝯſta/
re dꝫ.Sed qm̄ de definitione locutus eſt:ꝛ qō de vnita/
te eius eſt alterius negocy.ideo ſe excuſat:interponit tñ
ꝯfutationē cuiuſdā falſę rñſionis.Dicebāt eni qdam ꝙ
definitio eſt vna:qꝛ partes ppinquius iacent. Ingt.quā/
obrem vnū ſit ꝛ nō multa aial:greſſibile:bipes. Interpo
nit ſolonē falſam.ꝛ iquit.neqꝫ eni qꝛ ppinque dicuntur:
vna erit. Tūc redit ad excuſationē:quaſi dicēs:q̄re vnū
Notabile ſit definitio:erit alterius hoc tractare negocy. ℂ Aiad/
uerſione dignum vt declarat Boetius ꝛ Ammonius ad
vnitatē definitionis eſſe neceſſariā partiū ppinquitatē:
qꝛ vbi partes longo interuallo ꝯciſe pferrent̄:definitio
nō eſſet vna. Ne igit̄ credat̄ hanc eſſe cāꝫ verā:remouit
illam ꝛ trāſmiſit nos ad 7ᵐ ꝛ 8ᵐ meta^{ce}.ℂ Et iꝫ de vni/
tate definitionis Ariſt.trāſmiſerit nos ad metaphyſicā.
Dubitatio ℂ Dubitāt expoſitores gręci quę eſt cā vnitatis defini/
Reſponſio Theoph:a ſti. tionis.ℂ Rñdet Theophraſtus in libꝛo de affirmatio/
ne ꝛ negatione.ꝙ definitio eſt vna ratione ſubiecti : qō
definit.Scdo ppter partium pximam ꝯſtitutionem.
Cōfutatio aliquoꝝ ℂ Obyciūt ꝯ Theophraſtū:qꝛ tūc definitio nō eēt vna
p ſe:qm̄ eſſet vna rōne ſubiecti:ꝛ ita ratione extrinſeca.

Scdo:qꝛ tūc oīa accidētia eſſent vnū eſſentialiꝛ : qꝛ ſunt
in vno ſubiecto:vel ſaltē ea quę eſſent in vno ſubiecto.
ℂ Ammonius affert duas cauſas. Prima eſt partium Rñ⁹ Ammonij
vicinitas.Scda vō eſt:qꝛ in re eſt aliqd loco māe:aliqd
loco formę.ꝛ cū iter hęc nihil mediet : rōnabiliꝛ faciunt
definitionē vnaꝫ.ℂ Sed ambo poſſunt bene dicere:qꝛ Cōcoꝛdia
vt Auerroes ait in 7° meta^{ce}.cō.42°. definitio vno mō
pōt ſumi vt inſtrumentū quo intellectus iducit̄ ad itelli
gēdas eſſentias reꝝ:ꝛ cū inſtrumētū ſumat vnitatē a fi/
ne.Finis aūt eſt definiti eſſentia:iure ab vnitate definiti
definitio erit vna.Et ſic recte Theophraſtus ait. Altero
vō ſumi pōt vt eſt ipſa rei eſſentia:quę cū reſultet ex vl
tima dīa ſiue vltima forma:q̄ eſt vltimus actus : ſic hñ
Ammonius ait.ℂ Sed hęc res nō eſt hic tractanda : vt
hñ Ariſt.ℂ Dubitat ēt Themiſti⁹ p poſte.qꝛ vī ꝙ defi/ Dubi⁹ themiſtij
nitio ſit enuntiatio:qꝛ eſt ſpēs ppōnis immediatę:vt ait
Ariſt.ibi.hic āt vult nō eſſe enūtiationē. Hāc qōnē mul
ti ſoluere enitantur:quos in p poſte.ꝯfutamus.nunc vō
Philoponi expōnē aſſerimus:ꝙ definitio pōt ꝯſiderari
vt premiſſa : ꝛ ſic eſt ppō ꝛ enuntiatio:vt Ariſt.vult ibi.
Alio modo vt terminus:ꝛ ſic loquit̄ Ariſt.hic : qꝛ vt ſic
nō eſt enuntiatiua oratio ſed terminus vt dicit.

ℂ Eſt aūt vna oīo enuntiatiua : aut ea q̄ vnum
ſignificat. Aut ea q̄ ꝯiunctione eſt vna. Plu/
res vō eſſe q̄ plura ꝛ nō vnuꝫ ſignificant. Aut
eae q̄ ſine coniunctione ſunt.

ℂ Expoſitores fere oēs volunt Ariſt.diuiſionē ppoſitaꝫ Cō.22.
nūc exponē:qō(vt mihi videt̄)ſtare non pōt.ℂ Addit
eni nōnulla mēbꝛa q̄ nō pdiuiſit.ℂ Ideo Ariſt.diuiſio/ p⁹ expō
nē enūtiationis rurſus nunc alio mō oꝛdit̄:q̄ hac foꝛma Cōfutatio
reducit̄.Enūtiationū:alia eſt vna.Alia plures:vna bifa/
riam dī. Hec qdem ſimplr̄. Illa vō ſm qd vt dicemus.
Plures rurſus bifariā:eę qdē plures:qꝛ plura ꝛ nō vnū
ſignificāt. Illę plures:qꝛ ſine ꝯiūctione multę ſūt. Dub⁹
ſcdę diuiſionis p⁹ pars pmę parti pmę diuiſionis aduer
ſat̄. 2ª vō pars eiuſdē.2ᵉ illiuſmodi.ℂ Ambigunt q̄ di/ p⁹ dubita⁹
uiſio ſit hęc:ℂ Rñdēt ꝛ ſane ſapide ꝙ eſt diuiſio ęqui/ Reſpōſio
uoci in ſignificata:vt ſi hō diuiderct̄ in vex : ꝛ marmo/
reū. Nā ſola enūtiatio vna eſt enūtiatio. Plures vō ſunt
vna platione:ꝛ metapho^{ce}. ℂ 2° dubitāt qd Ariſt. velit 2ª dubita⁹
p enuntiationē vnā ſimplr̄:ꝛ vnā ſm qd:qdqꝫ p plures
ſimplr̄:ꝛ plures ſm qd. ℂ Ad hāc Boe.ꝛ Ammo.ꝯcoꝛ/ Rñ⁹ cōm.
diter rñdēt:ꝛ volūt ꝙ vnitas ꝛ multitudo referunt̄ ad
enūtiationis ſignificātiā.Simplicitas vō ꝛ cōpoſitio ad
voces.ℂ Ex his fiunt ſex ꝯiugationes:quaruꝫ duę ſunt
impoſſibiles:quatuoꝛ poſſibiles:vt figura declarat.



¶ Et ita vna ſimplex eſt que eſt vna ſimplr: vt hō eſt rationale. Eſt enī vna quo ad ſignificatū. Simplex vō quo ad voces. vna vō cōpoſita eſt vna ſm quid vt ſi ſol oriē: dies eſt. Socrates diſputat: ⁊ Plato legit: ⁊ id gen⁹. Hec enim dr̄ vna ſm qd: q: cōiunctiōe vna. Plures ēt bifariam ſunt: plures cōpoſite cōtra pmū mēbrū: vt que inconiuncte ſunt tales: vt Socrates legit. Plato diſputat. Ariſtoteles mouet. Sunt enī ples ⁊ cōpoſite: ſm voces. Plures vō ſimplices: vt canis latrat. Eſt quidem plures ſignificatu: vocibus vō ſimplex. Simili mō hec: aiax pugnauit cū hectore. Multi enī fuere aiaces. Hec quo opponit ad 2ᵐ mēbrū.

Replicat Ex̄po.

¶ Sed huic obycit expoſitor. Primo: q: per diſiunctionē: quā interponit videt diſtinguere inter orationē que ſignificat vnū: ⁊ que eſt vna coniunctione. Scdo. q: ſupra dixit ꝙ eſt vnū qddā: ⁊ nō multa. aial greſſibile bipes: qd vō eſt coniunctione vnū: nō eſt vnū: ⁊ non multa. ſed eſt vnū ex multis.

Deciſio

¶ Sed iſte rōnes friuole ſunt. Prima qdē: q: nō diſtīguit inter vnā: ⁊ cōiunctione vnā: ſed inter vnā ſimplicē: quā ſubintellexit ī pmo mēbro: ⁊ vnā ꝯiunctione. ¶ Ad ſcdaʒ dico ꝙ penes aliud accipit vnitas enunciationis: ⁊ definitionis hic ⁊ ibi. Qm̄ hic ſumit vnitas a ſignificatu: multitudo etiā. Ibi alr̄ vt diximus.

Tertia dubitatio.

¶ Tertio dubitant: oīs hō vel equus currit: eſt vna ſimplex: aut vna cōpoſita. Similr̄ Plato athenieſis ſapiēs achademic⁹ eſt in lycio: eſt vna ſimplex: vel vna cōpoſita. Silr̄ omnis hō ſi eſt bos mugit: ⁊ Socrates ⁊ Plato diſputāt: ſunt ne vne ſimplices: an vne cōpoſite:

Reſpōſio propria.

¶ Quicqd velint Boeti⁹: Porphyri⁹: Ammonius: ⁊ alij. dico ꝙ qlibet harū eſt vna ſimplex. Nā verbū eſt vnū a quo ſumit vnitas enūtiādi. Prima qdē vna de ſubiecto diſiūcto. Secūda vna de ſubiecto cōpoſito. Tertia vna de ſubiecto cōditionato. Quarta vō vna de ſubiecto copulato: ⁊ ita quelibet eſt vna ſimplex.

Expoſitio verborū

¶ Quātū vō ad verba attinet adiecit [⁊ nō vnū] quaſi dicat ꝓpoſitio ſiue enunciatio eſt vna ſimplex: ⁊ plures. plures que ſigñant plura. ⁊ nō vnū. Qm̄ vt Ammonius ingt. ſunt enūtiationes ples de aliquo vl'i: vt aial greſſibile bipes eſt hō. Pōt enī reſolui hec in plures: ſed q: cōtinent ſub aiali: ſunt vna. Propterea ait: ⁊ nō vnū ꝓpter tales enūtiationes. Aut dici pōt vt Porphyri⁹ pbus ait hoc eſſe dictū ad differētiā enūtiationū que ſumunt definitionē pro ſubiecto aut pro predicato. Nā vident multa ſignificare: ſed re vera vnū ſignificant.

¶ Nomen quidem igitur aut verbum dictio ſit ſolū. Cum non contingat vt is qui voce aliquid ſignificet ſic dicat vt enunciet: ſiue interrogante aliquo: ſiue non. Sed ipſe profert.

Cō. 23. ¶ Videt ꝙ Ariſtoteles inferat vt per particulā illatiuaʒ deſignat. Videt vō ꝙ dubitationē excludat vt p ſeriem verboꝝ haberi pōt. Eſt enī dubitatio talis: q: dictuʒ eſt enūtiationē eſſe vnā ab vnitate ſignificatus. Sed nomē aut verbū vnū ſignificat. Igr̄ enunciatio vna erit nomē vnū aut vbū vnū. ¶ Soluit ⁊ vult ꝙ is q ꝓfert nomen aut verbū vnū: vnū dicit. Et is etiā qui ꝓfert enunciationem vnam: vnū dicit: ſed nō eodem mō. Nā dicens nomen vel verbū: dicit vnū prolatiue: ⁊ nō enunciatiue. At is qui enūtiationē vnā dicit: vnū dicit enunciatiue. quatenus enunciat vnū de vno: aut remouet vnū ab vno. Et hoc ingt nomen qdem igit aut verbū dictio ſit ſolū: cuʒ nō contingat vt is qui voce aliqd ſigñat ſic dicat vt enūciet. Sed cōtingit vt ſic dicat vt ꝓferat tm̄: adiecit ſiue interrogante aliquo ſiue nō interrogante aliquo: qm̄ qui aliqd nomine aut verbo ſignificat pōt dicere vt enūciet aliquo interrogante: vt ſiquis petat quis hodie venenuʒ bibit. Et reſpōdeat Socrates. Patet ꝙ is qui dixit Socrates: enūciauit: ⁊ hoc q: preceſſit interrogatio. vbi autē nulla ꝓfuiſſet īterrogatio: dicēs Socrates tm̄: nō enūciauit: ſed protulit dūtaxat. Igit enunciatio differt a verbo ſiue noīe: qm̄ enūciatio ſemp ſigñat vnū de vno enūciatiue: ſiue ꝑcedat: ſiue nō precedat interrogatio. At nomē vel verbū pōt enūciare vnū de vno ſolū ꝑcedēte īterrogatione. Propterea ait cum non cōtingat vt is qui voce aliqd ſigñat ſic dicat vt enūciet: ſiue interrogāte aliquo: ſiue nullo. Hoc eſt vt enūciet ī omni caſu: nā nō niſi vbi preceſſiſſet interrogatio: ſed ipſe ita dicit vt in oī caſu ꝓferat vnū. Et ſic differt enūciatio a verbo ⁊ noīe.

¶ Harū vō haec quidē eſt ſimplex enūciatio: velut quae aliquid de aliquo. aut aliqd ab aliquo enunciat. Illa vō ex his cōpoſita: veluti ea oratio qdam quae ſane componitur.

Cō. 24. Expoſitio Ammo. Cōfutatio Propria expoſitio.

¶ Ammonius vult vt Ariſtoteles ſubdiuidat eas enunciationes: quas dicimus aut interrogante aliquo. Aut qs volumus dicere per nos ipſos. Sed hoc eſt repetere idē pluries: quod non conuenit Ariſtoteli. Melius igit diuiſionis predicte membra exponit per exēpla. Et ingt. harum vō hec qdem eſt ſimplex enūciatio. velut per exempla ea que aliqd de aliquo: aut aliqd ab aliquo ſubaudi enunciat. Hoc eſt vt affirmatio: Socrates eſt achademicus aut negatio: vt Socrates nō eſt timidus.

Trifariā ē cōpoſita.

¶ Illa vō eſt que ex his cōponit: quod trifariā fit vt Ammonius ait. vʒ. aut ex ambabus affirmationibus: aut ambabus negationibus: vel ex altera affirmatione: altera negatione. Cuius exēplum ſubdit. ⁊ inquit. veluti ea oratio quedam que ſane cōponitur ſupple ex duabus affirmationibus: vt Aiax pugnauit: ⁊ Ulyxes furit. Ex duabus negationib⁹: vt Plato nō eſt crudelis: ⁊ Socrates nō eſt auarus. Aut ex vna affirmatione: ⁊ altera negatione: vt Plato eſt in lycio: ⁊ Socrates non in achademia. Et ita per exempla patet diuiſio: ⁊ membra diuiſionis.

¶ Eſt autem ſimplex enūciatio vox: quae ſignificat aliquid eſſe de aliquo: aut non eſſe. modo quo tempora diſtinguuntur.

Cō. 25. Expoſitio Alexā.

¶ Alexander aphrodiſius exponit Ariſtotelē nunc definire ſimplicē enūciationē: quā ait definiſſe per ſpecies. Argumēto ꝙ enūciatio nō genus eſt illarum: ſed veluti equiuocū quoddā.

Cōfirmatio aſpaſij

¶ Hec Aſpaſius rōne hac ꝯfirmat: q: eo modo hic Ariſtoteles enūciationē definit: quo primo ꝑorum deſcripſit ꝓpoſitionē: ſed illic ſic ꝓpoſitionē deſcripſit. ꝓpoſitio eſt oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo: aut alicuius ab aliquo. Igitur ⁊ ſimiliter enunciationem deſcribere debet.

Argumētū ammo. ꝯtra Ale.

¶ Obycit autem Ammonius (vt ſumit expoſitor) quia ſtatim Ariſtoteles definiens affirmationem ⁊ negationem ponit enunciationem: ⁊ non vt differentiam. Igitur vt genus. Et ita non equiuocum: ſed genus erit illarum: ⁊ per conſequēs nō definiēdū per ſpecies.

Expoſitio Porphi.

¶ Porphyrius philoſophus cum Alexandro volens Ariſtotelem definire enūciationem ſimplicem: ait non per ſpecies definiſſe: ſed per virtutes affirmationis ⁊ negationis. eſſe enim ⁊ non eſſe nō ſunt ſpecies enunciationis: ſed virtutes affirmationis ⁊ negationis.

Argumētū expoſitoris ꝯ Porphyr.

¶ Sed obycit expoſitor: quoniā ſicut in definitione generis nō debent poni ſpecies: ita neqʒ ea que ſunt propria ſpecierum modo ſignificare eſſe: proprium eſt affirmationi. Significare non eſſe negationi. Igitur non debent poni in definitione generis.

Expoſitio Boe.

¶ Boetius aūt quaſi hec miſcens vult Ariſtotelem ſimul diuidere enūciationem ſimplicem: ⁊ definire: vt intelligenti patet: et

longis

Argumẽtũ expoſitoris ɔtra Boe.

longis verbis exponit. ¶ Sed hoc expoſitor refellit:qꝛ ſi enuntiatio ſimul deffiniretur ⁊ diuideretur:cum nõ videatur deffiniri niſi aut per ſpecies:aut per virtutes ſpecierum. neceſſario eum dicere oportebit vel vt Alexander:vel vt Porphyrius. Cum Ammonio vo expoſitor ſentit:⁊ nos quoqꝫ ſentimus. vꝫ ꝙ Ariſtoteles enuntiationem ſimplicem in duas differentias diuidit: vt inde deſinitiones ſpecierum nanciſcatur. Et inquit:eſt autẽ ſimplex enuntiatio. ſupple omnis aut quę ſignificat aliquid eſſe de aliquo:quod ad affirmationem attinet: aut quę ſignificat aliquid non eſſe de aliquo:quod ad negationem:⁊ ne intelligatur ſolum de pręſenti tempore:ſubſcribit modo quo tempora diſtinguũtur:quaſi dicat:etiã in alijs verbi temporibus.

Qualis diuiſio hęc.

¶ Hęc vo diuiſio vt expoſitor ſentit non eſt enuntiationis in ſpecies:ſed in differẽtias ſpecificas:non enim ait ꝙ enuntiatio eſt affirmatio vel negatio:ſed vox ſignificatiua eius quod eſt eſſe:quę eſt differẽtia affirmationis ſpecifica. Uel eius quod eſt non eſſe:quo tangitur differentia ſpecifica negationis. Propter hęc ex his differẽtijs ſubſcribet ſpecierum deſcriptiones.

Defenſio Alexã. ⁊ aliorum. 1° ſuppõ.

¶ Hęc eſt optima expoſitio. Uex illa Alexandri nõ eſt veriſſibilis. ¶ Propterea pmo debes ſcire Alexandrum voluiſſe enuntiationem:non eſſe ſimpliciter ęquiuocum ſed analogum:quaſi analogis genus dicitur analogum ſpeciebus ſeptimo phyſicę auſcultationis. Hęc enim analogia perfecti ad imperfectum rationi generis non repugnat.

2° ſuppõ.

¶ Ulterius animaduertendũ enuntiationem poſſe bifariam deffiniri. a priori: ⁊ ſic in pręcedentibus deffinit Ariſtoteles nullas in eius deffinitiõe addẽdo ſpecies. Aut a poſteriori. Et hoc dupliciter. vel per ea quę ĩtellectui competunt:⁊ ita per ſpecies acceptas a vero ⁊ falſo. ſupius deſcripſit:aut per ea quę rebus conueniunt:⁊ ita deſcribit hic:cum dicit enuntiatio ſimplex vox eſt quę ſignificat aliquid de aliquo eſſe:vel non eſſe. Uox enim loco generis accipitur. Significans eſſe vel non eſſe loco differentię a poſteriori accepta. Et hęc eſt mens Alexandri: quę multum conſonat litterę.

Ad argu ɔ expoſitoris ad illũ ɔtra Ale. Defenſio Porphy.

¶ Tunc ad argumentum contra Alexandrum patet ſolutio. Non enim negat enuntiationem eſſe genus:ſed ait eſſe analogum etiam. ¶ Per hęc patet reſponſio ad illud contra Porphyrium. Poſſunt enim poni in deffinitione generis propria ſpecierum:non quidem in deffinitione propter quid:ſed in deffinitione quia:⁊ a poſteriori.

Defenſio Boe.

¶ Similiter ad illud contra Boetiũ:ſimul enim definit vt notat illud genus vox:⁊ diuidit vt notat differẽtia accepta a virtutibus hoc eſt proprijs ſpecierum.

De hypotheticis.

¶ Credunt ſorticolę Ariſtotelem per ſimpliceꝫ intelligere cathegoricam:⁊ per compoſitam hypotheticaꝫ. Propterea quęrunt vtruꝫ omnis enuntiatio ſit cathegorica: aut hypothetica.

1° poſitio.

¶ Circa hanc quęſtionem quidaꝫ volunt enuntiationem hypotheticam eſſe eam:quę ex pluribus cathegoricis conſtans:cõiunctione vna eſt:⁊ quoniam plures cathegoricę poſſunt coniungi pluribus modis. Quędam enim per notam cauſę: vt quia Socrates bibit venenum:fuit fortis. Alię per notam temporis:vt quando veneris in bellum:dabo tibi pręmium. Alię per notam loci:vt vbi Socrates moritur:ſepellitur. Et poſſunt etiam coniungi plures cathegoricę innumeris fere modis. Ideo hypotheticę ſm iſtos ſunt fere innumerę. Quare omnis enuntiatio:quę ex pluribus conſtat enuntiationibus eſt hypothetica. Et ſic inductio:exemplum: ⁊ enthimema:atqꝫ ſyllogiſmus:⁊ cętera id genus cum ſint enuntiationes coniunctę per notã illationis:omnes ſunt hypotheticę.

2° poſitio.

¶ Alij ponunt hypotheticarum: ſex ſpecies ſiue modos. vt conditionalem:copulatiuam. diſiunctiuam:cauſalem: temporalem: demum ⁊ localem.

3° poſitio.

¶ Sorticolę cõmuniter aiunt tres eſſe ſpecies vt cõditionalem:diſiunctiuam:⁊ copulatiuam. Naꝫ cęteras ad has reduci concẽdunt.

4° poſitio ⁊ propria.

¶ Theophraſtus vo ⁊ eudemus volunt hypotheticam omnem eſſe conditionalem: et nullam aliam niſi conditionalem. Huic Boetius aſſentit in primo thopicorum ſuorum. vbi ait conditionales propoſitiones eſſe:quas gręci hypotheticas vocant. Amplius in libro de ſyllogiſmis hypotheticis ait cõditionalem enuntiationem ſortiri ſpeciem ⁊ nomẽ ab hypotheſi gręce latine conditio:ſiue ſuppoſitio. Rurſus Ariſtoteles in libro priorum vult ex hypotheticis enuntiationibus conſtitui ſyllogiſmos hypotheticos. Conſtat autem per ipſum non niſi ex conditionalibus.

Spẽs ɔditionalis prime.

¶ Conditionalium vo gręci duas tradunt ſpecies. altera eſt:quã continuam vocant. Ut ſi ſol exoritur:dies eſt ſuper nos. Altera eſt:quã diſcontinuam nuncupant:vt vel tu es:vel tu non es. Quę conditionalis diſcontinua appellatur:quia poſita conditione ꝙ non ſis:ſequitur te nõ eſſe:cuꝫ itaqꝫ nihil ponat ineſſe:conditionalis erit: cum inter partes diſiunctio ſignetur:diſcõtinua appellatur.

Ad formã qõnis

Hęc eſt mens omnium gręcorum:⁊ Boetij vbiqꝫ. Qua ratione ſit vt hypothetica ſit ſpecies enuntiationis coniunctę. Nec cathegorica diuiditur cõtra hypotheticam:ſed potius cõtra coniunctam.

De ſpẽb° prime.

¶ Conſequenter videndum de ſpeciebus conditionalis continue. Et dicẽdum vt Ammonius ⁊ Boetius ſentiunt ſpecies poſſe enumerari aut penes qualitatem cathegoricarum e quibus conſtat:aut penes formam:quę habetur ex vi notę conditiones.

Quatuor ſpẽs penes qlitatẽ partiũ.

¶ Si penes qualitatem partiuꝫ:tunc ſunt quatuor ſpecies. Prima ex cathegoricis ambabus affirmatiuis:veluti ſi ſol lucet:dies eſt. Secunda ex ambabus negatiuis:vt ſi non eſt animal:non eſt homo. Tertia ex prima affirmatiua ⁊ ſecunda negatiua:vt ſi dies eſt:nox non eſt. Quarta ex prima negatiua ⁊ ſecunda affirmatiua:vt ſi dies nõ eſt: nox eſt.

Tres ſpẽs penes vim ɔditionis.

¶ At ſi ſpecies colligantur ex nota conditionis: Quoniam hęc nota ſi. poteſt trifariaꝫ ſumi. aut pure cõditionaliter:vt ſi haberem homeruꝫ:ſtuderem. Aut permiſſiue:vt ſi ad me veneris:mille baſia dabo:aut illatiue:vt ſi dies eſt:ſol lucet:harũ trium tertia eſt in vſu gręcorum:⁊ proprie conditionalis continua.

De affirmatione ⁊ negatione Poſitio recẽtiorũ.

¶ Conſequenter quęramus penes quid attenditur affirmatio vel negatio conditionalis continuę. ¶ Reſpondent recentiores ꝙ nota conditionis eſt tanquã forma conditionalis:⁊ quoniam e forma qualitas proficiſcitur ſicut e materia ipſa quantitas:iure ea dicitur negatiua: cuius conditionis nota negatur. Contra vo affirmatiua: cuius conditionis nota affirmatur. Qua ratione fit: vt quęlibet harum ſit negatiua: non ſi dies eſt: ſol lucet. Itemqꝫ non dies eſt:ſi ſol lucet. Rurſus:dies eſt:non ſi ſol lucet. In his enim omnibus ſemper conditionis nota negatur.

Pő Boe.

¶ Boetius vo in libro de hypotheticis affirmationem vel negationem nanciſcitur ex qualitate cõſequentis. Uult enim conditionalem eſſe negatiuã etiaꝫ ſi ſolum conſequens negatur. Hęc enim eſt negatiua. ſi eſt. a. non eſt. b. Hęc affirmatiua. ſi nõ eſt. a. eſt. b. Hęc poſitio perſuaderi poteſt:quoniaꝫ vis tota hypotheticę eſt in illatione conſequentis. Hypothetica enim nihil ponit ineſſe:ſed ſolum aſſerit illationem. Igitur negatio debet eſſe ſupra conſequens:vbi vis illationis habetur.

Dubitatio ɔ Boe.

¶ Sed dices quales crũt hę non ſi dies eſt:ſol eſt ortus.

e ſol eſt ortus nō ſi dies eſt. ¶ Uidet mihi ꝙ etiā eiuſ-
modi ſunt negatiuę:quoniam in omnibus his vis nega-
tionis exercetur ſupra cōſequente ipſo. Et pro tāto ſunt
negatiuę pro quanto conſequens negatur. Non per hoc:
quia conditionis nota negatur:ſed quia conſequens ne-
gatur ſequi ex antecedēte. Quare apud Boetium poteſt
conditionalis eſſe negatiua trifariam:aut per conditio-
nis negationem:aut per negationis pręppoſitionē:aut per
[De quātitate.] negationem conſequentis. ¶ Et de quātitate agamus.
[Sorticolarum poſitio.] Sorticolę tenent conditionalem continuam nullius eſ-
ſe quantitatis: quoniam quātitas eſt conditio ſubiecti.
Modo illa nō eſt ex ſubiecto:ꝛ pręedicato:quare erit oīs
[Propria pō.] non quanta. ¶ Probabiliter teneri poteſt omnem con-
ditionalem continuam eſſe quantam. Et hoc a quantita-
te conſequentis. Uocat enim Ariſtoteles ſyllogiſmorū
hos vniuerſales:hos particulares. Et hoc a quantitate
concluſionis. Igitur cum conditionalis continua ſit vti
enthimema poteſt dici quāta ab eius cōſequētis quan-
titate. Et ita hęc vniuerſalis:cuius cōſequens eſt vniuer-
ſale:illa particularis ſimili ratione. Hęc quidē erit vni-
uerſalis:ſi omnis homo currit:omnis homo mouetur.
Hęc particularis:ſi omnis homo currit:quoddā animal
[De veritate ꝛ falſitate.] currit. ¶ Et de veritate ꝛ falſitate tranſigamus. Auer-
[Poſitio Auer.] roes ſeptimo phyſicę auſcultationis. cōmento ſecundo
vult aliquam conditionalem eſſe veram: cuius antece-
dens ꝛ conſequens ſunt impoſſibilia.aliquā eſſe falſā:
cuius antecedens ꝛ cōſequens ſunt neceſſaria. Et ita te-
net conditionalem diuidi per verum ꝛ falſum.
[Rōnes] ¶ Pro hac poſitione arguunt recentiores:cōtradictoria
[Prima rō.] diuidunt omnem enuntiationem ſm verum et falſum:
vt dicit Ariſtoteles primo priorum. Sed conditionalis
continua habet contradictorium: quia poteſt negari et
[Scd'a rō.] affirmari. Igitur eſt vera vel falſa. ¶ Secundo cuiuſli-
bet cōtradictorij altera pars eſt vera ꝛ altera falſa. Hęc
ſunt contradictoria:ſi dies eſt:ſol lucet. Et nō ſi dies eſt:
ſol lucet. Igitur altera vera:ꝛ altera falſa.ꝛ quicquid di-
catur:ſequitur conditionalem eſſe veram vel falſam.
[Cōtradictio.] ¶ Sed hęc poſitio ſtare non poteſt:quia vt dicit in prę-
dicamentis ab eo quod res eſt vel non eſt:oratio dicitur
vera aut falſa. Sed hypothetica nihil ponit in eſſe: aut
in non eſſe. Igitur non poteſt dici vera vel falſa.
[Propria pō.] ¶ Propter hęc videt mihi ſaluo meliori iudicio ꝙ nul-
la hypothetica debet dici vera vel falſa. Sed bene ne-
ceſſaria vel contingens: quam quidam vocant bonam
aut malam. Rectius neceſſariā aut contingentem:ſiue
impoſſibilem. Et hęc eſt intentio Boetij vbiqz.
[Quale ʒ dictorū in hypotheticis.] ¶ Tunc ad rationes dico. Ad pͥmum ꝙ contradictoriū
in hypotheticis non eadem ratione accipitur veluti in
ſimplicibus:nam in ſimplicibus deſtruit veritatem vel
falſitatē:hoc eſt id quod eſt in re:vel quod nō eſt in re.
In hypotheticis ṽo deſtruit neceſſitatem vel impoſſi-
bilitatem illationis. Et ita contradicere eſt fere ęquiuo-
ce. Tunc ad formam dico ꝙ cōtradictoria diuidunt ve-
rum ꝛ falſū in cathegoricis:in hypotheticis neceſſariū
aut impoſſibile. Et hoc ſatis. ¶ Similiter ad ſcd'm con-
tradictoriorum enim de neceſſitate alterum eſt verum:
alterum falſum in cathegoricis. In hypotheticis ṽo al-
terum neceſſarium:alterum impoſſibile vel cōtingens:
[De diſiūctiua.] hoc eſt non neceſſarium. ¶ Et de conditionali diſconti-
nua agamus:quęqz diſiunctiua dicitur. Et primo dica-
mus ꝙ quęlibet pars diſiunctiuę poteſt eſſe conſequēs:
vt dicendo tu es:vel tu non es. Quāquam Boetius vta-
tur vbiqz duabus diſiunctionis notis: vt vel tu es: vel
tu non es. Et hoc vt notetur nihil poni ineſſe:nec in pri-
ma nec in ſecunda. Dico igitur ꝙ quęlibet poteſt eſſe cō-
ſequens. Nam vel mouetur vel quieſcit: poteſt habere
conſequens alteram indifferenter:quia ſi non mouetur
quieſcit:ꝛ ſi non quieſcit:mouetur. ¶ Tunc dicendum [De affirmatione.]
ꝙ diſiunctiua ſolum eſt negatiua vel affirmatiua per ne-
gationem pręppoſitam. Cauſa eſt: quia quicquid tenea-
tur pro conſequente:intelligetur negatum:quod non eſt
ita in ipſa conditionali continua. ¶ Secūdo dico ꝙ ali- [De quātitate.]
qua eſt vniuerſalis:ꝛ aliqua particularis. Sed nō a quā-
titate alterius enuntiationis: ſed quotiens ambę ſunt
eiuſdem quantitatis. Cauſa eſt:quia quęlibet poteſt eſſe
conſequens:vt igitur ſeruetur quantitas conſequentis:
oportet ambas eſſe eiuſdem rationis. ¶ Sed dies vel [Dubitatio]
omne.a.eſt:vel quoddam.b.eſt:quanta eſt iſta. Dici po-
teſt ꝙ hęc eſt alicuius quantitatis in ſe:quoniam illius:
cuius quantitatis eſt ea cathegorica:quę ſumetur pro cō-
ſequēte. Actu ṽo eſt diſiunctiuę vniuerſalis:ꝛ diſiuncti-
uę particularis. Nec hęc cōtradicunt. Poteſt enim vna
met diſiūctiua eſſe vniuerſalis ꝛ particularis hac ratio-
ne.vz.diſiunctiuę vniuerſalis:ꝛ diſiūctiuę particularis.
¶ De veritate ṽo ꝛ falſitate: ita ſentiendum veluti de [De veritate]
conditionali continua. Cum enim diſiunctiua ſit condi-
tionalis:ꝛ cōditionalis nihil ponat ineſſe:in re nulla erit
vera:ꝛ nulla falſa. Sed quęlibet diſiunctiua erit aut ne-
ceſſaria aut impoſſibilis:ſiue poſſibilis ſiue contingens.
¶ Et de ęquipollentijs negatiuarum dicamus. Et ꝗ̄ꝗ̄ [De equipollentijs.]
recentiores multa dicant: mihi videtur ꝙ negatio prę- [De primo]
poſita toti conditionali aut notę conditionis:aut conſe-
quenti:facit ęquipollere copulatiuę conſtitutę ex antece-
dente conditionalis ꝛ oppoſito conſequentis:verbi cau-
ſa:ſi homo eſt:animal eſt. Siquis pręponens negationē:
dixerit non ſi homo eſt:animal eſt. Hanc vult ſignifica-
re homo eſt:ꝛ non eſt animal. Similiter hęc:non ſi dies
eſt:ſol lucet:ęquipollet huic.ꝛ dies eſt:ꝛ ſol nō lucet. Hu-
ius cauſa eſt:quia conditio non ponit ineſſe: copulatio
ṽo ponit:quare cum particula negatiua neget conditio-
nem ponet copulationem:ꝛ cum neget conſequens: vbi
eſt vis omnis:ponet etiam oppoſitum conſequentis.
¶ Simili ratione non vel mouetur vel quieſcit: ęqui- [De diſiūctiua.]
pollet copulatiuę conſtitutę ex oppoſitis ambarum ca-
thegoricarum.vz.ꝛ non mouetur ꝛ non quieſcit. Cauſa
ṽo quare negatio pręppoſitę diſiunctiuę facit ęquipolle-
re vel ponit copulationem:eſt quia copulatio ponit ineſ-
ſe. Uerum ponit contradictorium ambarum partium:
quia in diſcontinua quęlibet pars poteſt eſſe cōſequens:
ideo cuiuſlibet partis oppoſitum debet ponere. In con-
tinua ṽo eſt conſequens determinatum: ideo ponit ſo-
lum oppoſitum conſequentis. ¶ Hęc de hypotheticis
ad mentem gręcorum expoſitorum volui dixiſſe. Nam
ab Ariſtotele pauca habemus. Sorticolę ṽo: cum ſtu-
diorum ſuorum finis ſit oſtentatio: non eſſe: multa di-
cunt in confuſione veritatis:quę pręterenda ſunt:cum
in illis non ſit fęlicitas: neqz ad fęlicitatem pręparent.
De enuntiationibus ṽo coniunctis: quoniam regulę
ſunt innumerę:non eſt nunc pręſens pertractatio: ve-
rum ſi ocium dabitur: ad importunitates ſorticolarum
atqz captiunculatorum interdum occurremus: ꝛ quid
peripathetice ſit ſentiendum circa eorum captiunculas
et cauillos exponemus. ¶ Nunc ṽo de his ſit dictum
in tantum.

¶ De affirmatione ꝛ negatione.

Affirmatio

Affirmatio vo eſt enuntiatio alicuius de aliquo. Negatio autem eſt enuntiatio alicuius ab aliquo. Nunc datis differentijs: qbus enuntiatio deſcendit in affirmationem ⁊ negationem. vz. eſſe ⁊ non eſſe. deſcribit illas: ⁊ inquit. affirmatio vo eſt enuntiatio alicuius prędicati de ſubiecto aliquo. Negatio vo eſt enuntiatio alicuius ab aliquo. Tangitur enim enuntiatio loco generis. Cętera differentię loco. ¶ Sorticolę vo dicunt: enuntiatio affirmatiua eſt in qua verbum principale affirmatur. Negatio autem in qua verbum principale negatur. Sed definitio Ariſtotelis eſt melior: quia eſt data ex hs quę ſunt per ſe. Naz ab eo q2 prędicatū ſubiecto ineſt: affirmatiua proficiſcitur enuntiatio. Ab eo autem quia remouetur: negatiua emergit. Et ſic deſinitio Ariſtotelis eſt accepta a cauſa. Definitio ſorticolarum accepta eſt a ſigno. Eſt enim affirmatio et negatio in verbo veluti in ſigno. Ideo illa eſt quaſi accepta ab accidente. ¶ Sed dubitatur: quoniam in iſta aliquid remouetur ab aliquo. vz. Socrates differt a Platone: ⁊ tamen eſt affirmatiua. In iſta vo. Socrates negatur de equo eſt negatiua: ⁊ tamen eſt enuntiatio alicuius de aliquo. Similiter quoqz ⁊ hęc poſitio negatur. Propoſitiones interimuntur: ⁊ id genus. Dicendum φ deſinitiones ſic intelliguntur: affirmatio eſt enuntiatio alicuius prędicati de aliquo ſubiecto. Negatio eſt enuntiatio alicuius prędicati ab aliquo ſubiecto. Tunc dico φ hęc eſt affirmatio: Socrates differt a Platone: quoniaz reſoluitur in hanc. Socrates eſt differēs a Platone: vbi prędicatum eſt totum hoc: differens a Platone: ⁊ non Plato. Tale autem prędicatum ineſt ſubiecto. Fortaſſe illa. Socrates negatur de equo eſt negatiua: quia eſt ſenſus: equus non eſt Socrates. Fortaſſe eſt affirmatiua: et eſt ſenſus. Socrates eſt negatus de equo. ¶ Hęc de affirmatione ⁊ negatione.


¶ Cum vo ſit enuntiare ⁊ quod eſt non eſſe: ⁊ quod non eſt eſſe: ⁊ quod eſt eſſe: ⁊ quod non eſt nō eſſe. Et circa ea tempora quae ſunt extra praeſens ſimiliter: continget omne quod ⁊ quis affirmauerit: negare. Atqz quod negauerit: affirmare. Quare patet cuilibet affirmationi negationem: ⁊ cuilibet negationi affirmationem eſſe oppoſitam.

Cō.26. ¶ Tractaturus Ariſtoteles de oppoſitionibus enuntiationum pręponit talem concluſionem: omnis affirmatio negationi opponitur: ⁊ omnis negatio affirmationi. Et ſyllogiſmus componitur ſic. omnis affirmatio poſſibilis negari negationi opponit̃. Et omnis negatio poſſibilis affirmari opponitur affirmationi. Sed omnis negatio poteſt affirmari: ⁊ omnis affirmatio negari. Igitur omnis affirmatio negationi opponitur: ⁊ ecōtra. Maiorem pretermiſit. Minorez vo probat exemplo. ¶ Ad cuius euidentiam animaduerſione dignum: φ materię enuntiationum omnes ad duas reducuntur. ad habitudinem ſubiecti ad prędicatum affirmatiuā: quę ſi fuerit in actu: dicitur eſſe vt in terminis animal homo. Homo eniz in anima ad animal habitudinem dicit affirmatiuaz. Propterea appellatur in eſſe: e quo proficiſcuntur enūtiationes affirmatiuę de ineſſe. Si vo fuerit habitudo in potētia: erit contingens eſſe affirmatiuum: e qua exoriuntur enuntiationes de contingenti in eſſe cuius termini erunt

Quot materię enuntiationū.

iuſtum homo. Aut materia enuntiationuz reducetur ad habitudinē ſubiecti ad prędicatum negatiuaz: quod eſt aut in actu: vt in his terminis equus homo. Ex hoc emergunt enūtiationes de ineſſe negato. Aut in potētia: vt in his terminis grāmaticū animal: ex hoc naſcūtur enūtiationes de cōtingenti nō ineſſe. Qua rōne ſit φ ex parte rex duę ſint omniuz enuntiationū materię. Ex parte vo noſtri modi enuntiandi vt Ammonius innuit ſunt duę formę. Nā noſter enūtiandi modus eſſe poteſt aut affirmādo: aut negando. Quare ſunt quattuor: duę qdem materię ex parte rex. Duę vo formę ex parte noſtra. Ex pte rex nuncupātur eſſe: ⁊ non eſſe. Ex parte noſtra appellātur affirmatio ⁊ negatio. Sed qm cum ſunt quattuor termini poſſunt ſex modis coniugari: dicemus ſex fieri cōiugationes. quarum quattuor ſunt impoſſibiles: duę tm̃ impoſſibiles. Prima erit ex habitudine affirmatiua qd vocat̃ eſſe: ⁊ noſtro modo affirmādi: quod dicimus affirmationem. Et hęc eſt vtilis: vt ſi hominem eſſe animal enūtiemus. Alia ex habitudine negatiua: ⁊ noſtro modo negandi. Ut ſi enūtiemus hominem nō eſſe animal: cuz tamen homo ſit animal: ⁊ hęc eſt inutilis. Tertia erit ex habitudine negatiua ⁊ noſtro modo negādi: vt ſi equuz hominem nō eſſe enuntiemus. Hęcqz etiam vtilis erit. Quarta ex habitudine negatiua ⁊ noſtro modo affirmādi: vt ſi equum hominem dicimus: ⁊ hęc inutilis eſt. Eſt qnta ex affirmatione ⁊ negatione: quę ſunt ex parte noſtra: qd non poteſt fieri. Sexta ex eſſe ⁊ nō eſſe ex parte rex: quod minime eſt poſſibile. Erunt igit̃ cōiugationes ſex: quarum duę ſunt poſſibiles. cętere inutiles.

Formę enūtiationū duę.



¶ Ex hs exēplariter pōt patere minor. Nā ſi eſſe ɔtingit negari. Et nō eſſe contingit affirmari: oīs affirmatio erit poſſibilis negari. Et oīs negatio poſſibilis affirmari: quę fuit minor. Inquit. Cum vo ſit enūtiare ⁊ quod eſt in re: nō eſſe: vt in negatiōe falſa. Ut dicēdo hō nō eſt aīal. Et quod nō eſt in re: eſſe: vt in affirmatione falſa: vt dicēdo ethiops eſt albus. Et qd eſt: eſſe: vt in affirmatione vera. ⁊ qd nō eſt: nō eſſe: vt in negatione vera. ⁊ nō tm̃ de enūtiationibus per pręſens tēpus: ſed etiā ⁊ circa ea tēpora quę ſunt extra pręſens ſilr. Dat minorē: ⁊ inqt. contingit ⁊ omne qd quis affirmauerit negare. Nā ſi affirmat eē: illud negare poſſumus. Si affirmat nō eſſe: etiā illud negare poſſumus. Cōtra ēt ⁊ qd negauerit affirmare pp̃ter eādez rōnez. Sic quaſi per exēpla patet minor. Tūc infert cōcluſionez: ⁊ inquit. quare pz cuilibet affirmationi negationē: ⁊ cuilibet negationi affirmationē eſſe oppoſitaz. Quę fuit ɔcluſio ſyllogiſmi ꝓpoſiti. ¶ Aiaduertēdū

Alia rōnis

vim rõnis eſſe:omne quod affirmatur contingit negari: ⁊ ecõtra:omne quod negaẽ cõtingit affirmari. Igiẽ affirmatio ⁊ negatio ſunt oppoſitę:antecedẽs deducebatur. Nam quod eſt quod affirmaẽ contingit negari. Et quod non eſt etiã quod affirmaẽ contingit negari. Igiẽ omne affirmatum cõtingit negari. Contra etiã:quia quod non eſt:quod negaẽ contingit affirmari:⁊ quod eſt quod negatur:contingit negari. Igiẽ omne quod negatur:contingit affirmari. Quare affirmatio ⁊ negatio erũt oppoſitę.

Dubitatio ¶ Sed dubitaẽ contra conſequentiã:quoniã omne qḋ mouetur:contingit eſſe albũ. Contra etiã.omne albũ cõtingit moueri:⁊ tamẽ album ⁊ motuꝫ non ſunt oppoſita. Igiẽ licet omne affirmatũ contingat negari:⁊ ecõtra:nõ

Solo. ꝓpterea debẽt putari oppoſita. ¶ Dico ꝙ nõ ſunt ſimilia. Omne eniꝫ quod moueẽ:contingit eſſe albũ ipſo remanente in motu:⁊ ecõtra:omne quod eſt albuꝫ:contingit moueri ipſo remanente cuꝫ albedine. Propterea nõ ſunt oppoſita. At affirmatũ ſi negetur non remanet cuꝫ affirmatione. Nec etiã ſi negatũ affirmetur:remanet cũ negatione. Propterea ſunt oppoſita:vnde qm̃ oẽ albuꝫ contingit eſſe nigrũ:⁊ ſi ſit nigrum:non remanet album: ideo album ⁊ nigrum opponantur.

¶ Sitq; hĕ ꝯdictio affirmatio ⁊ negõ oppoſite.

Cõ. 27. ¶ Quid oppoſitio ſit declarauit:nunc qd ꝯdictio:ſubſcribit:⁊ debet ſic intelligi. ꝯdictio eſt hoc affirmatio ⁊ negatio oppoſitę:hoc eſt ꝯdictio eſt oppoſitio affirmationis ⁊ negationis. Poniẽ oppoſitio loco generis. Reliq̃ collocanẽ diffę cã. Ammonius credidit nõ rem definiſſe Ariſ. ſed vnde ipſa ꝯdictio nomẽ ſuuꝫ nanciſcaẽ. Affert ſignũ q: in gręco ſenſus ſit ⁊ hoc ꝯdictio:affirmatio ⁊ negatio oppoſitę.hoc enim loquendi modo nõ vtimur niſi in nominũ impoſitione:vt dixit ſupra ⁊ ſit nomẽ infinitũ:hoc certe eſt bene dictũ:credo tamẽ ꝙ Ariſto. ſimul nomen finxit:⁊ nominis rõneꝫ ſubiecit:ratio aũt quã ſignificat nomen:definitio eſt. Et ita ſimul nomen ⁊ rationẽ nominis:vt mihi videtur abſtulit.

¶ Dico autem eam opponi:quae eſt eiuſdem de eodẽ:⁊ nõ aequiuoce:⁊ caetera id genus: q̃ dterminauim⁹ ad ſophiſticas iportunitates.

Cõ. 28. ¶ Soluit dubitationes.nam ꝯtra dictã deſcriptionẽ põt

Prima obiectio. multiplr̃ inſtari. ¶ Primo hęc eſt oppõ ſm affirmationem ⁊ negationem aial eſt grãmaticum:aial nõ eſt grãmaticũ:quę tñ non eſt ꝯdictio.

2ª ¶ Scḋo hęc eſt oppõ ſꝫ affirmationẽ ⁊ negationem canis latrat:canis nõ latrat: quę tñ nõ eſt ꝯdictio.

3ª ¶ Tertio hęc eſt oppõ ſm affirmationẽ ⁊ negationẽ.ethiops eſt albus dentem:ethiops nõ eſt albus pedem:quę nõ eſt cõtradictio.

4ª ¶ Quarto:⁊ hęc eſt oppoſitio affirmationis,⁊ negationis. Plato currit tarde. Plato nõ currit velociter:quę nec eſt ꝯdictio.

5ª ¶ Quinto:⁊ hęc eſt oppoſitio affirmationis ⁊ negatiõis pluit hodie:nõ pluit heri:quę etiam nõ eſt contradictio.

6ª ¶ Sexto:⁊ hęc pluit in gallia:nõ pluit in Italia. Et cętera id gen⁹. Propterea ad hęc oĩa ſatiſfaciens vult deſcriptionẽ eſſe intelligẽdã ſic.cõcluſio eſt oppõ affirmatiõis ⁊ negationis ſeruata idẽtitate ſubiecti ⁊ ꝑdicati. Per qḋ tolliẽ ꝑma obiectio:aial nõ eſt idẽ numero ſubm:nõ equoce:per qḋ tolliẽ ſcḋa. Canis eniꝫ ęquocũ eſt ſm idem: per qḋ ceſſat obiectio de ethiope.eſt eniꝫ illud ſm diuerſas partes:ſm eũdeꝫ modũ quo etiã debeẽ quarta. Naꝫ nõ eſt eodẽ mõ:qḋ aſſumiẽ:ſm idẽ tẽpus: quo demitur qnta inſtãtia:qm̃ ea ſunt vera in diuerſis tẽporibus:ſm eundẽ locũ:quo ẽt demiẽ vltima quę ꝓcedit ex diuia loci. Et ſi aliquę eſſent:quę ſolent fieri a ſophiſtis:etiã audiẽdę ſunt. Erit igiẽ ꝯdictio oppoſitio eiuſdẽ de eodem: non ęquiuoce:ſm idem:eodeꝫ modo:tẽpore eodẽ:⁊ ſm eundẽ locum:⁊ ſiqua alia erunt. Et tunc pꝫ ꝯdictionem differre a ſubcontrarietate:ꝯrietate: ſubalternationeq;. Inqt:dico aũt eam opponi ſupple alteri:quę eſt eiuſdeꝫ de eodẽ:quo ad ꝑmã cõditionẽ:⁊ nõ ęquoce quo ad ſecũdam. Et cętera id genus:quę determinauimus ad ſophiſticas importunitates:quo ad cęteras q̃tuor cõditiones.

¶ Particula ſecunda.

¶ De ſubiectis ⁊ praedicatis. Propõnum.

Cum aũt reꝝ aliae quidẽ ſint vniuerſales:aliae ꝟo ꝑticulares. Dico aũt vniuerſale qḋ de pluribus aptũ eſt praedicari. Particulare ꝟo qḋ nõ. Veluti homo qdẽ vniuerſale. Callias ꝟo particulare: neceſſe igiẽ eſt cuꝫ aliqd ineſt alicui vel nõ ieſt. id cui ineſt interdũ quidem enũtiare eſſe aliqḋ eoꝝ quae alicui inſunt vniuerſalia. Interdum ꝟo aliquod eorum quae ſunt particularia.

Tractaturus Ariſto.de reſiduis oppõnib⁹ enũtiationũ ꝑ de qb⁹ ſubtis ſint enũtiatiões ꝯcludit. Nã p hĕ poterim⁹ ſcire id cui ſignũ vl'e ſit addẽdũ. Eſt ãt ꝯ text⁹:ꝙ oĩs enũtiatio ſit aut d ſubtis vl'ibus:aut de ſubiectis particularibus. Et ſyllogiçat ſic: oẽs res aut vl'es aut particulares:oĩs enũtiatio eſt de rebus. Igiẽ oĩs enũtiatio aut eſt de vl'ibus:aut de ſingularibus ſubiectis. Cõ.29. Dui⁹ rõnis ꝓponit maiorẽ:⁊ inqt:cũ aũt reꝝ alię qdẽ ſint vl'es:alię ꝑticulares:hęc eſt minor:quã definitione ⁊ exẽplo exponit.⁊ inqt.dico autẽ vl'e qḋ de pluribus aptũ eſt ꝑdicari. Particulare ꝟo qḋ nõ:ſubaudi aptũ eſt de pluribus ꝑdicari. Veluti homo qdeꝫ vl'e. Callias ꝟo ꝑticulare. Hęc eſt expõ maioris : ſubitellecta tunc minori.vꝫ.ꝙ enũtiatio oĩs ſit de rebus:dat ꝯcluſionẽ:⁊ terminat ſuſpẽſiuã.d. Neceẽ igiẽ eſt cũ aliqd vt ꝑdicatũ ineſt alicui vt ſubto in affirmatione:vel nõ ineſt in negõne:tunc ſupple tu:vt gręco eſt ſupplẽdũ:id cui ineſt hoc eſt ſubm iterdũ qdẽ enũtiare eſſe aliqḋ eoꝝ q̃ alicui inſunt vl'ia. Interdũ eẽ aliqḋ eoꝝ q̃ ſunt ꝑticularia. Sic igiẽ:oẽ ſubm enũtiationis de neccitate aut eſt vl'e:aut particulare. Hęc eſt expõ partis. Quo ꝟo ad gręca verba attinet verbũ particulare gręce eſt cathecaſton:qḋ nõnulli voluũt latine eẽ ſingulare:⁊ recte ſentiũt. Ego ꝟo iter ſingulare ⁊ particulare nũc diſtiam nõ facio. Accepi eni hęc vt multiuoca. Multę qõnes ⁊ dubõnes hĕ ſolent cõcitari:quę cũ ſint potius metaphyſice.iure ꝑteriri poſſunt.

¶ Siquideꝫ igiẽ eſſe aut non eſſe de vl'i vl'iter enuntiauerit quiſpiã:cõtrariae erũt enũtiationes. Dico aũt de vniuerſali enũtiationẽ vl'em veluti oĩs homo albus ẽ:nullus hõ albus eſt.

¶ In enuntiationibus inueniẽ multiplex oppõ. Oppoſitio eni inueniẽ in terminis. Et de hac loquiẽ Ar. in poſt ꝑdicamẽtis:vbi diſtinguit in q̃tuor.vꝫ. ꝯdictoriã:ꝯriaꝫ: ꝑuatiuã:⁊ relatiuã. Cõ.30. Opi. multiplex. Inueniẽ ẽt i ſyllis:⁊ de hac loqẽ Ar. in ꝑ poſte.ca⁹de ignorãtia:vbi docet facẽ ſyllos ex ꝯriis ꝓpõnibus ad ipſa ꝑ⁹ ꝑn⁹. Inueniẽ q̃ꝫ in ꝓpõnibus ſiue enũtiationib⁹. Et de hac nũc loqẽ. ¶ Vbi eas enumerat q̃tuor:qm̃ enũtiatiões aut opponunẽ penes q̃titatẽ tñ: aut penes q̃litatẽ:aut penes vtrũq;. Si penes quãtitatẽ: eſt ſubalternatio:vt glꝫ hõ alb⁹ eſt. Quidã hõ alb⁹ ẽ. Aut nlls hõ alb⁹ ẽ:qdã hõ alb⁹ nõ ẽ. Si penes q̃litatẽ:aut ſeruata vl'r̃:aut ſeruata ꝑticula'r. Si penes q̃litatẽ ſeruata Numerus oppõnum.

ta vl'itate

ra vniuerſalitate: eſt ꝯrietas. vt oīs homo iuſtus eſt. nullus hō iuſtus eſt. Si ſeruata particularitate: eſt ſubcontrarietas. vt qdā hō currit: qdā hō nō currit: at ſi penes vtrūqꝫ: erit ꝯdictio: vt oīs hō diſputat: qdā hō nō diſputat. Nunc igiť de ꝯrietate ꝓponit ꝛ dicit. Sigdē igitur eſſe: aut nō eſſe de vniuerſali. vľiter quiſpiaꝫ enunciauerit: cōtrariȩ erunt enunciationes. dico aūt de vľi enunciationē vľem: veluti oīs hō albus eſt: nullus hō albus eſt.

Dubitationes. ❡ Sed dices ꝯtra: qꝛ tūc hȩ ſunt ꝯriȩ. oīs hō albus eſt: nullus hō niger eſt: ꝛ oīs hō iuſtus eſt: ꝛ nullus equus iniuſtus eſt: ꝛ oīs hō diſciplinȩ capax eſt: nullus equus bipes

Solutio. eſt. In oīb⁹ eniꝫ q̄s de vľi enunciať eē ꝛ nō eſſe. ❡ Dici pōt ꝙ ſuppleuit ꝑ exēplū cōplemētuꝫ definitionis. ꝯriȩ eniꝫ enūciationes ſunt affirmatio ꝛ negatio vniuerſales eiuſdē prȩdicati de eodē vniuerſali ſubiecto.

Quid expoſitor fruſtra agat. ❡ Laborat expoſitor aſſignare colorem cur hȩc oppōnis ſpēs in enuntiationib⁹ nomē ꝯrietatis nacta ſit: ꝛ fruſtra vt mihi videť. Nā illud qō aſſignat pro colore: adhuc cur contrarietas dicať: hꝫ qōneꝫ. nō enim pōt reddi cā cur inter albū ꝛ nigrū ſit ꝯtrarietas. inter albū ꝛ nō albū cōtradictio. Nomina eniꝫ ad inſtituētis ſunt libitū. Sed ſuppoſita rōne nominis reddi pōt cā: iō de noībus loquamur, vt plures rationes nominū nunc omittentes.

❡ Quando aūt de vniuerſalibus nō vniuerſaliter nō ſunt cōtrariae: quae autem ſignificantur: contingit nōnunq̄ꝫ eſſe cōtraria. Dico aūt non vniuerſaliter enuntiare de vniuerſalibus: veluti eſt albus homo: nō eſt albus homo: homo nāqꝫ cum ſit vniuerſale: non vt vniuerſali vtitur enuntiatione. Omnis enim non ſignificat vľe: ſed quoniā vniuerſaliter.

Cō.31. ❡ Expoſitores grȩci: ꝛ ſi multipliciter textū exponāt: oēs pariter volūt Ariſt. deſcribere ſubcōtrarias idefinitas. Sunt eniꝫ ſubcōtrariȩ bifariā: aut particulares: vt qdaꝫ homo albus eſt quidaꝫ homo albus nō eſt: ꝛ indefinite. vt homo albus eſt. homo albus nō eſt: ꝛ inquit. qñ auteꝫ de vľibus ſubiectis nō vniuerſaliter quiſpiā enunciauerit: nō ſunt cōtrariȩ. quȩ aūt ſignificantur: contingit non

Senſus. nunq̄ꝫ eſſe cōtraria. Erit igitur ſenſus. indefinitȩ ſubcontrariȩ ſunt affirmatio ꝛ negatio de ſubiectis vľibus non vľes: quaꝝ ſignificata ꝯtingit eſſe nōnunq̄ꝫ ꝯria.

Expoſitio Alexan. ❡ Ait Alexā. vltimā particulā eſſe additā ꝓpter ꝓpōnes: in qbus de ſubiectis vľib⁹ ꝑdicanť prȩdicata vľia ad illa nō vľiter: vt hō eſt aīal hō nō eſt aīal: nam tales habēt vim

Cōfutatio cōtrariarū. ❡ Hȩc expoſitio ꝛ ſi cōiter approbeť: mihi nō placet. Ariſto. eniꝫ nihil meminit de prȩdicatis vľib⁹

Propria expoſitio. ad ſubiecta vľia. ❡ Propterea animaduertēdum eſt ꝙ ad idefinitas ſubcōtrarias requiritur primo vt nō ſint vľes: ꝛ per hoc differunt a ꝯrijs: ꝛ cōueniūt cū ſubcōtrarijs particularib⁹. ❡ Requiriť ſcdo ꝙ ſint de ſubiectis vľibus: ꝛ per hoc differūt a ꝯdictorijs ſingularibus. vꝫ. Callias eſt albus. Callias nō eſt albus. ❡ Tertio ꝙ ſint aptȩ effici vľes: ꝛ per hoc differūt a ſubcōtrarijs particularibus: vt qdā homo albus eſt. quidā homo albus non eſt. Nō enim hȩ poſſunt effici vľes ſm cōſuetū modum loquēdi. Eſſet eniꝫ improprie dictū. omnis quidā homo albus eſt. nullus quidā hō albus eſt. at indefinitȩ cū ſint capaces oēs quātitatis: ob qō indefinitȩ dictȩ ſunt: effici poſſunt vľes nō cōtra cōſuetū modum loquēdi ꝑ ſolam

Sēſus de Ammonio. additionē ſigni vľis. ❡ Erit igitur ſenſus. idefinitȩ ſubcōtrariȩ ſunt affirmatio ꝛ negatio de ſubiectis vľib⁹ nō vľes: quaꝝ ſignificata cōtingit eſſe nōnunq̄ꝫ ꝯtraria. Dico affirmatio ꝛ negatio loco generis ꝛ ad differētiā ſubalternarum. dico de ſubiectis vľibus ad dīam cōtradictoriaꝝ ſingulariū. dico nō vniuerſales ad dīam cotrariarū. dico: quaꝝ ſignificata cōtingit eſſe nōnunq̄ꝫ ꝯtraria ad dīam particulariū quȩ effici nō pñt vľes ꝑ additionē ſigni. has exponit per exēplum. d. Dico aūt nō vľr enunciare de vľibus: veluti eſt albus homo. nō eſt albus homo. hō nāqꝫ cū ſit vľe: ipſe enuncians nō vt vľi enunciatione vtitur. hoc eſt nō vľiter accipitur. Nā no addiť ipſi ſignum vľe oē vel id genus: qō lꝫ non ſit vľis res: eſt tamen vľitatis nota: ꝛ hoc ait. oīs eniꝫ nō ſignificat vľe: ſed vľiter: hoc eſt: eſt vľitatis nota: ꝛ ꝑ ꝯſequēs ſine ipſo nihil vniuerſaliter teneť: ꝛ per exēplū qō ſubiecit: ſignificauit tales affirmationes ꝛ negationes eſſe enunciationes eiuſdem prȩdicati de eodē vniuerſali ſubiecto vt dīximus de cōtrarijs. ❡ Quȩrūt quot ſunt ſigna terminorum. oēs ſenciūt illa reduci ad duo: qꝛ vel eſt ſignuꝫ ſiue nota vľitatis: vt oīs nullus ꝛ id genus: aut particularitatis: vt quidā aliquis ꝛ id genus. Huius cām expoſitor ex Ammonio aſſignat ꝙ eiuſmodi ſigna ſequunť modum apprȩhendendi rem ipſam. Uniuerſale aūt apprȩhendi poteſt reſpectu ſuoꝝ ſuppoſitoꝝ bifariam: aut quatenus actu hȩret oībus ſuis ſuppoſitis: aut actu ab oībus remouetur: ꝛ hūc moduꝫ ſequunť ſigna vľia negatiuuꝫ ꝛ affirmatiuum. ❡ Alio modo vt itelligitur parti ineſſe vel a parte remoueri: ꝛ ſic habenť ſigna particularia affirmatiuum ꝛ negatiuū: aut pōt cōſiderari in diſpoſitiōe neutra. Et cū hȩc ꝯſideratio ſit priuatiua: ideo nō fuit aliqō ſignuꝫ illius. Sed dices: nōne natura vľis vt natura humana poteſt cōſiderari vt abſoluta ab idiuiduis: cur nō datur ſignuꝫ illius apprȩheſionis. ❡ Amplius: cur non datur ſignū ſingularitatis. ❡ Philoponus ꝑmo priorū in ſolutione quȩſtionū ſtoicoꝝ ait: ꝙ natura qñ itelligiť abſtracta itelligitur vt ſingularis ſingularitate naturȩ: ꝛ cū ſingulari nullū cōpetat ſignū: ideo vt ſic illi nulla correſpōdet ſignificationis nota. Singulare quoqꝫ vniuerſalis nulla eget ſignificationis nota: cū in ipſo illa habeatur ſua nominis vi. ❡ Dici tñ poſſet dari tertiū ſignum cōſequēs apprȩhēſionem rei ſub rōne ſingulari: vt ſunt ꝓnomina demōſtratiua: quȩ pñt demōſtrare ſingularitatē nāq̄ ꝛ ſingularitatē vľis. ❡ Poſſumus enim dicere hȩc nā humana in cōi eſt tñ ipā: ꝛ ſic vtimur nota ſingularitatis: ꝛ ēt poſſumus dicere. iſtȩ hō diſputat: ꝛ vtimur ſimiľr: ꝛ ſic ſigna cōſequētia noſtrū apprȩhēdēdi modū ſunt tria: vt vniuerſale: particulare: ꝛ ſingulare.

❡ In eo ℞o quod eſt praedicatum vniuerſale id quod eſt vniuerſaliter praedicare: nō eſt verum. Nulla eniꝫ affirmatio eſt vera: in qua de vniuerſaliter praedicato vniuerſale praedicetur: vt eſt omnis homo omne animal.

❡ Ariſtoteles ſm omnes refellit dubiuꝫ: quod apud me debet ſic introduci: dictum eſt ꝙ contrariȩ ſunt affirmatio ꝛ negatio vniuerſales de vniuerſalibus: modo dubitatur: cum contrarietas ſit maxima oppoſitio: ꝛ ſumma repugnatio: videtur ꝙ debeat eſſe tam ſm ſubiectuꝫ q̄ꝫ ſm prȩdicatum. Qua ratione videtur vt tam ſubiectuꝫ q̄ꝫ prȩdicatum debeat vniuerſaliter teneri ſm ꝯtrarias qualitates. ſic eniꝫ eſſet maxima oppoſitio. Magis eniꝫ opponuntur hȩ. oīs hō omne animal eſt: ꝛ nullus homo nullum animal eſt: q̄ꝫ ſi eſſet differentia penes ſubiecta tñ. vꝫ. dicēdo. omnis homo animal ē. nullus homo animal eſt. Reſpondet Ariſtoteles in oppoſitionibus contrarijs non eſſe poſſibile id fieri: quoniam ſemper affirmatiua eſſet falſa: ꝛ ſic nunq̄ꝫ contingeret eas diuidere Cō.32.

Marginal notes (right column): Nō de ſignis pō. — Cauſa. — Replicȩ. — Rñſio ꝑ⁹. — Propria ſolutio.

verum ⁊ falſum. Licet enim nonnunꝗ̄ ſint ſimul falſę:
tamen interdum ſunt ſimul verę: vbi autem adderētur
ſigna vniuerſalitatis vtriſq; vniuerſalibus: ſemper affir-
matiua eſſet falſa in omni materia: quod eſt cōtra natu-
ram contrariarum. Propterea inquit. in eo vero quod eſt
prędicatum vniuerſale id quod eſt vniuerſaliter prędi-
care. non eſt verum: ſubaudi ſubiecto exiſtente vniuer-
ſali vniuerſaliter tento: vt fit in contrarijs ipſis. Nulla
enim affirmatio eſt vera: in qua de vniuerſaliter prędi-
cato quod ponitur a parte ſubiecti vniuerſale vniuerſa-
liter determinatum prędicetur: vt omnis homo omne
animal eſt. ❡ Ex his non colligitur ſignum vniuerſale
nō poſſe addi ad prędicatum: vt multi ſumunt: ſed ꝙ in
enuntiationibus cōtrarijs: in quibus vniuerſale vniuer-
ſaliter ſubijcitur: nō debet vniuerſale vniuerſaliter prę-
dicare vt in exēplo Ariſtotelis colligitur: quę res docet
expoſitorem nō recte ſentire: qui ſumit vniuerſaliter ex
his Ariſtotelis verbis notam vniuerſalitatis nō eſſe ad-
dendam prędicato. ❡ Speciatim enim Ariſtoteles lo-
quitur vt in ipſis contrarijs enuntiationibus: in quibus
Utrū vle ſignum pōt addi pdicato. vniuerſalia ſubiecta vniuerſaliter ſubijciunt. ❡ Utrum
vero vniuerſalitatis nota poſſit addi prędicato: quęſtio eſt
impertinēs noſtro propoſito. Et de ea diſputaui primo
priorum. textu illo. dico autem vniuerſalem. in fine il-
lius digreſſionis. pro nunc autem reſponderi poteſt pri-
mo: ꝙ conuenientius ſubiecto additur: quoniam per ſi-
gnum notatur quātitas acceptionis ſubiecti pro ſuis ſup
poſitis: igitur ſibi eſſet dignius addi. ❡ Secundo vt ait
Ariſtoteles primo priorum. cap. 24. (quo modo autem
idonei erimus) quia inutile erit ad ſyllogiſmorum mo-
dos vel figuram. ❡ Dico ſcdo ꝙ interdum addi poteſt:
interdum vero nō. Additur quidem quotiens prędicatum
ſua natura remouetur e ſubiecto: tunc enim ſubiecto po
teſt addi ſignum vniuerſale affirmatiuum. prędicato ſi-
gnum vniuerſale negatiuum: vt omnis hō nullus equus
eſt. Quotiens vero prędicatum natura ſua ſubiecto cōpe-
tit ſibi vniuerſale ſignum affirmatiuum addi nō poteſt.
ſi idem ſignum addatur ſubiecto: quia eſt hęc falſa. omnis
homo omne animal ē. Similiter ⁊ hęc. omnis homo eſt
omnis homo: vbi tamen vniuerſale ſignum negatiuum
ſubiectis adderetur: ambę eſſent verę. vz. nullus homo
omne animal eſt: nullus homo omnis homo eſt: ⁊ cęterę
id genus. Similiter quotiens prędicatum nō habet niſi
vnum ſuppoſitum addi poteſt ſignum vniuerſale affir-
Reductio oiu; ad regulas. Regula vnica. matiuum prędicato: vt ſol eſt omnis ſol. ❡ Poſſunt aūt
hęc reduci ad normam: nam vel prędicata habēt plura
ſuppoſita actu: vel vnū tm̄. Si vnum tm̄: ſit hęc regula
affirmatio vera erit: vbi vle vniuerſaliter prędicatur de
ſubiecto: nam hęc eſt vera. omnis ſol eſt omnis ſol: ſiue
iſte ſol eſt omnis ſol. Si vero prędicatū habet actu plura.
Pria regula negationis. ❡ Sit hęc prius regula: negatio ē vera. vbi vniuerſale vni-
uerſaliter prędicatur de ſubiecto vniuerſali vniuerſali-
ter: vt nullus homo eſt omnis homo: ⁊ nullus homo eſt
omnis equus: nullus homo eſt omne animal: ⁊ id genus.
Scda regula affirmationis. ❡ Secunda regula affirmatio eſt vera: in qua vniuerſa
le vlr negatum prędicatur de ſubiecto vli: vt equus eſt nul
lus homo: ⁊ hęc ſimiliter. omne lignum eſt nullus homo.
Tertia regula affirmationis. ❡ Tertia regula. omnis affirmatio eſt falſa: vbi prędi-
catum vniuerſale vlr predicatur de ſubiecto vli: vt ois
homo: omne animal eſt: hō omne animal eſt: ⁊ id genus.
Multa alia dici ſolent: quę omitto. ❡ Poteſt tamē dici
Reſpōſio ꝓpria ⁊ generalis. aliquod eſſe verum per accidens: quod eſt falſum per ſe.
Et ita dicerē ſignum vle per ſe eſſe addendum ad ſubie
ctum per accidens aūt gratia mācōnōnunꝗ̄ nihil prohi-
bet addi ad prędicatū: vt in caſibus prędictis.

❡ Opponi quidem igitur affirmationem nega-
tioni dico cōtradictorie: eam quae vniuerſali-
ter ſignificat ei: q̄ non vniuerſaliter: vt omnis
homo albus eſt: non omnis homo albus eſt:
nullus hō albus eſt: eſt qdā hō albus.

❡ Ex is vt videatur quo modo differunt cōtradictorię ⁊ Cō. 33.
ꝯtrarię enuntiationes. deſcribit rurſus vtraſq;: ⁊ poteſt
deſcriptio ꝯtradictoriaꝝ ſic colligi. enuntiationes ꝯtra-
dictorię ſunt affirmatio ⁊ negatio vniuerſalis ⁊ nō vlis
eiuſdē prędicati de eodē ſubiecto vli: hęc fuit declarata:
⁊ per exēpla declarat: ⁊ ſermo patet. ❡ Sed ambiges:
quoniam verbū finitum ⁊ verbū īfinitum cōtradictorię oppo-
nuntur: quarū in littera nihil meminit. Rūdet Ammo-
nius Ariſt. deſcripſiſſe enūtiationes ꝯtradictorias ⁊ nō
ſimplices voces. Propterea ait litterę eē ſupplēdum hoc
modo opponi affirmationē negationi enuntiatiuę ꝯtra-
dictorię dico: ⁊ reliqua: nam per hęc tollitur dubitatio.
❡ Animaduerſione dignum in cōtradictione enuntia-
tionū reperiri. omne genus oppōnis: vt eā quę eſt penes
quātitatē: cū vna ſit vlis: alia pticularis: ⁊ eā quę eſt pe
nes qualitatem: quoniam vna affirmatiua altera negatiua: qua
ratione fit: vt hęc maxima habeatur.

❡ Contrariae vero vniuerſalem affirmationem
⁊ vniuerſalem negationem: vt omnis homo
iuſtus eſt: nullus homo iuſtus eſt.

❡ Nunc deſcribit ꝯrias: ⁊ vult ꝙ ꝯrię ſunt affirmatio ⁊ Cō. 34.
negatio vles eiuſdē pdicati de eodē ſubiecto vli: vt per
exēpla eius pz. Eſt autē hęc oppoſitio minor ꝯdictione:
quoniam ſm ſolā q̄litatē habet. eſt vero maior ſubcōtrarietate:
quoniam enūtiationes ꝯrię maxime diſtāt: cū in vna pdicatū
de quolibet ſubiecto affirmet. in altera de quolibet neget
in ſubꝯrietate diſtātia eſt p partes. Exemplum.



❡ Si igit habes quatuor oppōnes. Maxia qdē oium eſt
ꝯdictio cū q̄titate ⁊ q̄litate ſit. ❡ In ſcdo gradu eſt cō-
trarietas cū ſit oppoſitio ſm qualitatē ſm ſe totā. ❡ In
tertio gradu eſt ſubꝯrietas: nā eſt oppoſitio penes quali
tatē: ſed eſt ſm ptes. ❡ Ultima ⁊ minima eſt ſubalter-
natio: quoniam eſt oppoſitio penes q̄titatē: ē oppoſitio penes
quātitatē minor: q̄ illa penes qualitatē: quoniam in quātitate
nō eſt oppoſitio vt dicit in pdicamētis. Sed hū ſm q̄li
tatē: hęc oia ex dictis patēt. Pōt vero harū ratio ſic ſumi:
quia enūtiatiōes dici pnt oppoſitę. aut in q̄titate ſolū: ⁊ hę
ſubalternę dicunt. aut in qualitate ſolū: ⁊ hę bifariā. aut
enim in toto: ⁊ hę ꝯrię ſūt. aut nō in toto ſed in parte: ⁊ hę
ſubcōtrarię hntur. aut in q̄titate ⁊ qualitate: ⁊ ſic hntur

contradictorię. Ratio igitur darũ ſic haberi põt.

℄ Quapropter hae quidẽ ſimul verae ſint fieri nequit. hiis vero oppoſitae de eodẽ ſimul verae ſint: contingit interdum vt non omnis homo albus eſt: et eſt quidam homo albus.

Cō.35. ℄ Quo modo enunciationes oppoſitę ſe habeant ad verum et falſum: nunc declarat et ſm recentiores ea quę dicet: erunt leges enunciationum oppoſitarum. (P:ia lex.) ℄ Prima itaqz regula ẽ. vniuerſalis affirmatiua et vniuerſalis negatiua non poſſunt eſſe ſimul verę. (Scda lex.) ℄ Secunda regula. ſubcõtrarię vo oppoſitę poſſunt eſſe ſimul verę. Inquit. quapropter hę qdẽ ſimul verę ſint: fieri nequit. ℄ Hęc eſt prima regula. hiis vo oppoſitę de eodem ſimul verę ſint: contingit interdum: vt non omnis homo albus eſt: et eſt quidam homo albus: hęc eſt ſecũda regula. (Probatio primę.) ℄ Prima regula poteſt ex dictis ſequi. probatum eſt eniz eiuſmodi enunciationes eſſe contrarias. Cõtraria autem nõ poſſunt eidem competere: vt album et nigrum. bene tamen ab eodem remoueri: qua ratione fit vt non poſſint eſſe ſimul verę: bene tamen vt ſupplent iuniores logici ſimul falſę: vt omne animal eſt homo: nullum animal eſt homo: ambę enim ſimul falſę ſunt. Similiter. omnis homo albus eſt: nullus homo albus eſt. Prima igitur regula locum habet propter naturam contrariorum. (Probatio ſcdę.) Secunda vo valet per primam. Si enim contrarię nõ poſſunt eſſe ſimul verę: ſubcõtrarię non poſſunt eſſe ſimul falſę. vbi enim hę eſſent ſimul falſę: cum hę cõtradicant illis: illę erunt ſimul verę: per legem contradictoriarum: quę dicit: ſi vna eſt falſa alia vera: quare ſi illę ambę falſę ſint cõtrarię quę ſunt illis contradictorię erunt ſimul verę: et quia prima regula: ſequitur ex dictis: et ſecunda ex prima infertur: iure Ariſtoteles litteram hanc fecit illatiuam et quaſi correlariam.

℄ Quaecunqz quidem igitur contradictiones vniuerſalium ſunt vniuerſaliter: neceſſe eſt alteram veram eſſe vel falſam: et quaecunqz in ſingularibus ſunt: vt eſt ſocrates albus: nõ eſt ſocrates albus.

Cō.36. ℄ Regulas contradictoriarum nunc tradit. (Pria lex in cõtradictoriis.) Prima eſt. contradictiones vniuerſales nõ poſſunt eſſe ſimul verę nec ſimul falſę: ſed omnino neceſſe eſt alteram verã eſſe alteram falſam. (Scda lex.) Secunda regula. contradictiones in ſingularibus ſimiliter nec ſimul verę: nec ſimul falſę eſſe poſſunt: ſed neceſſario alteram veram alterã falſaz eſſe oportet. (Cã legũ.) Harum regularum nulla aſſignari poteſt cauſa: quoniaz eſt axioma ſiue dignitas: vt illa. impoſſibile eſt idem ſimul eſſe et non eſſe.

℄ Quaecunqz vero in vniuerſalibus nõ vniuerſaliter: non ſemper altera quidem vera eſt: altera autem falſa. Simul enim verũ eſt dicere: quoniam eſt homo albus: et quoniam non eſt homo albus: et eſt hõ pulcher: et nõ eſt homo pulcher. Si enim turpis eſt: pulcher etiam nõ erit: et ſi fit: etiam non eſt.

Cō.37. ℄ Quinta regula eſt in ſubcontrariis indefinitis: (Quīta lex) videlicet. ſubcõtrarię idefinitę eſſe poſſunt ſimul verę: nunqͣ autem ſimul falſę. Simul enim verum eſt dicere: quoniam eſt homo albus: et quoniam non eſt homo albus: et eſt homo pulcher: et non eſt homo pulcher. (Probatio.) ℄ Probat hęc ſic: hęc ſtant ſimul eſt homo pulcher: vt italus. eſt homo turpis vt ethiops: ſed turpis eſt non pulcher: igitur ſtabunt illę ſimul: eſt homo pulcher: verbi gratia pro italo: eſt homo non pulcher pro turpi ethiope. ℄ Amplius ſi aliquid fit album: non eſt album: igitur ſtant ſimul homo albus eſt pro eo qui iam factus eſt albus: homo non albus eſt pro eo qui fit albus. ℄ Soricolę probant regulam ex ſingularibus. (Soricolarũ pbatio.) hic vel ille vel ille eſt albus: igitur homo eſt albus: hic vel ille non eſt albus: igitur homo non eſt albus: quare hę ſtabunt ſimul: homo eſt albus: homo non eſt albus.

℄ Sed hoc alicui ilico abſurdum eſſe videbitur. Propterea quod videtur ſignificare non eſt homo albus ſimul: et quod nullus homo albus eſt. At neqz idem ſignificant: neqz ſimul ſunt neceſſario verae.

℄ Sed obyciet ſtatim aliquis contra dicta: quia hę. homo albus non eſt: et nullus homo albus eſt: idem ſignificare Cō.38.
videntur. Reſpondet quod neqz idem ſignificãt: neqz ſunt ſimul neceſſario verę. Quod non idem ſignificent patet: quia vna vniuerſaliter ſignificat in toto. altera non vniuerſaliter. Quod vo non ſint neceſſario ſemper ſimul verę: patet: quia ſtat hanc eſſe veram: homo albus non eſt: illam vo falſam: nullus homo albus eſt. In quibus poteſt colligi regula ſexta ſubalternarum: (Regula ſubalternarum ſexta.) videlicet. quod ſi vniuerſalis ſit vera: ſemper ſibi ſubalterna eſt vera. Contra autem eſſe poteſt ſubalterna vera: et ſubalternãs falſa. ℄ Sed circa pręſentem lectionẽ ſoliti ſumus dubitare. (Prima dubitatio.) ℄ Primo: quia Ariſtoteles vult ſingulares oppoſitas eſſe contradictorias: vt ſocrates albus eſt: ſocrates albus nõ eſt: quod falſum eſſe videtur: quoniam ſola qualitate opponuntur: igitur nõ contradictorię. (Secũda.) ℄ Secũdo: quia tunc vni eſſent duę cõtradictorię: vt huic. eſt ſocrates albus: contradicerent hę: nullus homo albus eſt: ſocrates albus nõ eſt. (Tertia.) ℄ Tertio: quo modo differet indefinita: quę ab Ariſtotele dicit non vniuerſalis: a particulari. (Solo prię) ℄ Ad primam dici poteſt. quod in ſingularibus eſt verum cõtradicere: quoniam contradictio eſt oppoſitio: cuius nõ eſt dare medium ſm ſe: vt patet intelligenti. Tunc dico in contradictione ſingularium ſufficere oppoſitionez qualitatis tñ. Sufficit enim quod quicquid vna affirmat alia negat. (Solo ſecunde.) ℄ Ad ſcdm dico quod prima contradictio eſt in ſingularibus. in aliis vo ratione ſingularium. Hę eniz contradicunt: omnis homo albus eſt: non omnis homo albus eſt: quia dicunt oppoſita circa vnum ſingulare. Reducuntur enim ad vnum punctum indiuiduum. Et ita concedo vni eſſe duo cõtradictoria nõ ęque primo: huic enim. ſocrates albus eſt. prima contradictoria eſt: ſocrates albus nõ eſt. ſecunda illa. nullus homo albus eſt: quę ideo illi cõtradicit: quia dicit oppoſitum circa idem numero. (Solo tertię.) ℄ Ad tertium Ammonius prolixe loquitur: quę breuibus expoſitor noſter et clarius collegit: ego tamen breuioribus vtens: dico quod differt indefinita a particulari: quia ſubiectum indefinitę eſt capax. omnis quantitatis et per ſe ſubiectum particularis nõ niſi per accidens: Hęc eniz eſt per accidens vniuerſalis. omnis aliquis homo albus eſt. Secundo: quia ſubiectuz particularis determinatum eſt ad certam quantitatis ſpeciez. ſubiectũ vo indefinitę capax eſt omnis quantitatis. Propterea aoriſtica ſiue indefinita dicta eſt.

℄ Patet autem et quod vna negatio vnius affirmationis ſit.

℄ Poſuit Ariſtoteles plures oppoſitionis ſpecies: qbus Cō.39.

videbitur fortaſſe vni affirmationi plures negatiões opponi: aut contra vni negationi plures affirmationes. Ad tollédum igitur cauillum hunc occurrit obiter declarãdo vni affirmationi negationẽ vnaꝫ cõtra vero negationi vni affirmationẽ vnã opponi. Et hoc proponit dicẽs: patet aũt τ ꝙ vna negatio vnius affirmationis ſit. ꝯtra vero vnius negationis ꝙ ſit vna affirmatio.

C Idem nãqꝫ vt negatio neget oportet: quod affirmauit affirmatio ipſa τ ab eodeꝫ: ſiue ſingulare ſit illud ſiue vniuerſale quoddam: aut vniuerſaliter aut non vniuerſaliter ſumptum. Dico autem vt eſt Socrates albus: non eſt Socrates albus.

Cō.40. C Probat quod dixerat ratione primo: τ ſyllogiſat ſic. Quicquid negat illud ideꝫ quod affirmatio affirmauit:
Sylſo. eſt vna negatio vnius affirmationis: deinde ſcribit minorem dicens: idem namqꝫ vt negatio neget oportet qđ affirmauit affirmatio ipſa: τ ab eodem ſubiecto ſiue ſingulare ſit illud ſubiectum: ſiue vniuerſale quoddaꝫ hoc aut vniuerſaliter aut nõ vniuerſaliter ſumatur. erit igitur cõcluſio ꝙ vni affirmationi vna eſt negatio oppoſita: cuius exemplum ponit: τ patet.

C Et ſi quoddã aliud ab eodem negauerit: aut ab alio idem: non erit illi oppoſita: ſed ab ea diuerſa. Huic itaqꝫ. omnis homo albus eſt. contradicit illa. non omnis homo albus eſt. Huic vero. aliquis homo albus eſt: illa. nullus homo albus eſt: huic demuꝫ. eſt homo albus: illa. nõ eſt homo albus. Et quidem igitur affirmatio vna negationi vni cõtradictorie opponatur: τ quae ſint hae: dictũ ẽ: τ ꝙ aliae cõtrariae ſint: τ quae ſint iſtae: dictum eſt: τ ꝙ nõ omnis vera vel falſa ꝯtradictio: τ propter quid: τ quando vera vel falſa: etiam dictum eſt.

Cō.41. C Dubitabis fortaſſe ſi negatio prędicatũ idem de ſubiecto alio neget ab eo. de quo idem prędicatum affirmatio affirmauit: eſt illi cõtradictoria. verbi cauſa. eſt Socrates albus. nõ eſt Plato albus: aut ſi neget aliud prędicatum de ſubiecto eodem de quo affirmatio affirmauit: vt dicendo. eſt ſocrates albus: non eſt ſocrates probus: ſunt ne iſtę cõtradictorię? Reſpõdet dicẽs ꝙ ſi quõdam aliud prędicatuꝫ ab eo ſubiecto negauerit negatio ipſa: aut ab alio ſubiecto negauerit idem prędicatuꝫ: qđ affirmatio affirmauerit: nõ erit illi oppoſita cõtradictorię: ſed ab ea diuerſa: quã iuniores logici vocãt impertinentem ſiue diſperatam. Hę enim vt cõtradicãt debent eſſe de cõſimilibus ſubiectis atqꝫ prędicatis. Deinde cõcludit multa exempla: τ epilogat: τ ſermo patet tranſlatione ſolum.
Dubitatio C Illud vero dubitatione dignum eſt: qꝛ inter indefinitas videtur ponere cõtradictionem: vt inter has:
Solutio. homo albus eſt: homo albus non eſt. C Hoc vero ſoluas eas eſſe contradictorias quotiens ſubiectuꝫ ſumitur pro eodem numero puncto. Pro diuerſis autem ſuppoſitis ſumendo. dicendum eſt vt ſupra.

C Ea autem vna eſt affirmatio: eaqꝫ negatio vna: quae vnum de vno ſignificat: ſiue ſit vniuerſaliter vniuerſale: ſiue non ſimiliter. Veluti omnis homo albus eſt: nõ omnis homo albus eſt: eſt homo albus: non eſt homo albus: nullus homo albus eſt: aliquis hõ albus eſt: modo album vnum ſignificet. Et ſi duob⁹ nomen eſt vnum poſitum: e quibus vnum nõ cõſtat: non eſt vna affirmatio: neqꝫ vna negatio. Veluti ſi equo τ homini quiſpiam nomen tunica ipoſuerit: haec oratio tunica eſt alba: non erit vna affirmatio: neqꝫ vna negatio.

C Conueniunt omnes velle Ariſtotelem declarare quę ſit enuntiatio vna: quęqꝫ plures. Primo fortaſſe vt Ammonius ſentit: qꝛ prędixit vni affirmationi negationem vnam opponi: qua ratione euenit vt declaremus quę ſit affirmatio vna: quęue negatio ſimiliter vna. Secundo fortaſſe hoc declarat quia ambiguum eſt an vniuerſalis enuntiatio vna ſit: cum multitudinem amplectat̃. Propterea conſentaneum eſt videre: an cum illa vniuerſalis enuntiationis multitudine ſtet vnitas: quę res declarabitur ſi quę ſit vna affirmatio: quęue vna negatio explicetur. Tertio vt Alexander ait: qꝛ in oppoſitionibus omnibus neceſſaria eſt vnitas enuntiationis: cũ in equiuocis nõ ſit oppoſitio: iõ neceſſe eſt videre que ſit enuntiatio vna: quęue plures inquit: ea auteꝫ vna eſt affirmatio eaqꝫ negatio vna quę vnum predicatuꝫ de vno ſubiecto enuntiãdo ſignificat: ſiue tale ſubiectuꝫ ſit vniuerſaliter vniuerſale vt in vniuerſali enuntiatione: ſiue non ſit vniuerſaliter vniuerſale ſimiliter vt i cęteris no vniuerſalibus. Cuius rei exempla ponit: quę patét. addit tamen [modo album vnum ſignificet] hoc ideo adiecit: qꝛ expreſſerat per exempla in enũtiationibus vnis ſemper ſubiectum debere eſſe vnum: ne itaqꝫ quis credat ſolaꝫ ſubiecti vnitatem ſufficere: adiecit [modo album vnum ſignificet] qua ratione declaratur ꝙ ad vnitatem enuntiationis neceſſaria eſt τ ſubiecti τ predicati vnitas. Ex quibus quę enuntiatio non vna ſit: ſubiungit dicens: ꝙ ſi duobus nomen eſt vnum poſitum: e quibus vnum nõ conſtat: nõ eſt vna affirmatio: nec etiam vna negatio: veluti ſi equo τ homini quiſpiam nomen tunica impoſuerit. hęc oratio. tunica eſt alba: nõ erit affirmatio. nec hęc alia. tunica eſt non alba. erit vna negatio: igitur enuntiatio nõ vna eſt: aut quando vnum de pluribus: aut plura de vno: aut plura de pluribus etiaꝫ nominis vnitate ſeruata enuntiat. Addit [e quibus vnum non conſtet:] quia ſi ſignificata vocis ſint plura: ex his tamen conſtet vnuꝫ aut numero aut ratione; adhuc enuntiatio erit vna. hęc enim vna eſt. Socrates eſt homo: q̃uis Socrates ſignificet aggregatum quoddam pluripers. Similiter hęc eſt vna: omnis homo albus eſt: q̃uis plures homines ſub illius ſubiecto comprehẽdantur: quoniam ex illis reſultat vnum ſm rationem.

C Differt autem nihil hoc ab eo quod dicitur. eſt homo equus alb⁹. hoc vero nihil differt ab eo quod dicitur: eſt homo albus: τ eſt equus albus. Quod ſi hae plura ſignificẽt: τ ſint plures: patet τ primam aut plura aut nihil ſignificare. Non eſt enim aliquis homo equus. Quare nec in his neceſſe eſt alteram veram: alteram falſam eſſe.

C Syllogiſat quę exemplificauerat fere expoſitorie ſic. Cō.43.
homo eſt albus: equus eſt albus: plura ſignificant: τ ſunt plures: hęc oratio. tunica ẽ alba: eſt illę duę: equus albus

Cō.42. (margin, beside "C Conueniunt omnes velle Ariſtotelem")

eſt:homo albus eſt:igitur hęc oratio.tunica alba eſt.plura ſignificat:⁊ eſt plures. Inquit[differt autē nihil hoc] id eſt hęc oratio tunica eſt alba ab eo qđ dr̄ eſt hō equus albus:hoc vō nihil differt ab eo quod dicitur eſt homo albus:⁊ eſt equus albus.hęc minoris vis.addit maiorez dicēs.ꝙ ſi hę plura ſignificēt:⁊ ſint plures:patet ⁊ ꝑmaz aut plura aut nihil ſignificare:plura qdē ſi homo equus plura ſunt:nihil vō ſi equus ſit homo aut contra homo equus:quod cum ſit falſum nihil erit. Propterea ſubdit nō eſt eniz aliquis homo equus:nec cōtra aliquis equus homo. Ex is cōcludit propoſitę digreſſionis fructum dicens:quare nec in is hoc eſt ęquiuocis neceſſe eſt alteraz veram:alteram falſam eſſe. ¶ Animaduerſione dignuz primo ꝙ Ariſtoteles finxit exemplum:quoniā in exemplis naturalibus poſſet eſſe dubitatio īter opiniones: vt igitur nihil dubij relinquat:iure finxit exēplū. ¶ Scđo animaduertēdum ꝙ finxit exemplum ſubiecti ⁊ nō prędicati:vt inueret interdum ſolam ſubiecti multiplicitatem facere ęquiuocam enuntiationē. ¶ Sed ambigere ſolitus ſum ꝑmo:qr oratio hęc.tunica alba eſt:eſt plures ſinconiunctę. Illę.homo eſt albus:⁊ equus eſt albus ſunt plures cōiunctione:igitur non ſunt ſimiles. ¶ Amplius hęc oratio.tunica eſt alba:poteſt eſſe in vno ſenſu tm̄:vt ſi tunica ſumatur pro homine ſolo qui ſit albus. Illa vō cum ſit vna copulatiua ambas partes vult veras eſſe. ¶ Tertio dubitaui vtrum ſubiecto exiſtente ęquiuoco ſolum:ſemper oratio ſit ęquiuoca. ¶ Ad prima duo dubia Aſpaſius:Alexan. Porphyrius:⁊ Ammonius: quos Boetius ⁊ expoſitor ſectātur:volunt illud eſſe itelligendum:quo ad vnitatem atqꝫ multiplicitatez enuntiationis:nō autem quo ad veritatem ⁊ falſitatez:vt rationes inuunt. Poteſt tamē melius[vt mihi videtur]dici.ꝙ illę duę orationes:homo albus eſt: ⁊ equus albus eſt: debent legi inconiunctę. Nam illa particula[et]quę gręce eſt kai:nō copulatiue:ſed vt ſermonis continuatiua legi debet:⁊ tunc dubitationes nullę erunt. ¶ Ad tertiaz auctores in metaphyſicę 4°.cōmen.ſcđo velle videtur ꝙ ſi ſubiectum ſit ęquiuocum.prędicatum vō vniuocum: poteſt oratio īterdum eſſe vniuoca:interdum ęquiuoca. vniuoca quidem quādo prędicatum ſit accidens:veluti hęc:canis pulcher eſt. Interdum vō ęquiuoca:quotiens prędicatuz ſit ſubſtātia:vt canis animal eſt. Res hęc an vera ſit:in ſophiſticis omittatur:quę cum nō ſit multuz ad propoſitum. Hęc Auerrois ſolutio ſufficit.

¶ In is quidem igitur quae ſunt: ⁊ in his quae fuerunt:neceſſe eſt affirmationē aut negationem veram vel falſam eſſe. In vniuerſalibus quidem ⁊ vt vniuerſaliter ſemper alterā quidem veram:alteram autem falſam neceſſe eſt eſſe:etiam in ſingularibus vt dictū eſt. In vniuerſalibus autem nō vniuerſaliter : nō neceſſe eſt. dictum autem eſt ⁊ de is.

Cō. 44. ¶ An textus iſtę ſit noui capituli initiuz:vt expoſitori noſtro placet:vel ſit finis prę̨cedentis vel illius epilogus ⁊ gloſa:vt Boetio videtur certe ambiguum eſt: ſed quoniam ſiue ſic ſiue ſic veritas eadem eſt:videtur mihi ꝙ Ariſto.enuntiationum talem īnuat diſtinctionē: ꝙ quędam eſt de prę̨ſenti:quędam de prę̨terito:quędaz vō de futuro:⁊ quęlibet harum eſt vniuerſalis aut ſingularis: ⁊ vniuerſalis etiam alia eſt vniuerſaliter:alia nō vniuerſaliter. Tunc vult ꝙ leges dictę ſuperius etiam habēt locum in his quę ſunt de prę̨ſenti:⁊ in his quę ſunt de prę̨terito. In his enim prima cōtradictionis lex ſiue in ſingularibus ſit:ſiue in vniuerſalibus vniuerſaliter:ſem.per locum hꝫ:quoniā altera cōtradictionis pars vera altera falſa eſt. Rurſus ⁊ in his ſcđa lex ſubcōtrariarū vniuerſalium nō vniuerſaliter etiaz locum hꝫ:qm̄ eſſe pn̄t ambę verę:nunqꝫ aūt ſimul falſę. ¶ Alias credebā Ariſto. hāc enuntiationem diuiſionem eſſe per ineſſe ⁊ neceſſario ineſſe ⁊ cōtingenter ineſſe : videtur enim enuntiatio de prę̨ſenti oratio de ineſſe:cum ſit contingens poſita in actu. Enuntiatio vō de prę̨terito eſſe videtur neceſſaria: cum neceſſarium ſit id quod ſemper fuit:quę vō de futuro eſt : videtur contingens cum ſit de ineſſe nō poſito in actu. Res hęc ſatis colorata videtur veruz:an ſit ita vel ne:dubium eſt. Ariſtoteles enim nō habet oculum niſi ad enuntiationū tempora:de materijs vō ipſarū in ſcđo huius explicabit:ideo nunc ſit dictū in tm̄.

¶ In ſingularib⁹ vō atqꝫ futuris nō eſt ſimilr. Nam ſi oīs affirmatio vel negatio vera eſt aut falſa: ⁊ oē neceſſe eſt eē aut nō eſſe.

Cō.45. ¶ Proponit diſputare de lege contradictoriarum ſingularium de futuro:vbi animaduerſione dignum ꝙ enuntiationes vniuerſales de futuro ſimili lege incedunt: ſicut vniuerſales de prę̨ſenti vel prę̨terito. In is eniz quę cōtradicūt in vniuerſalibus vniuerſaliter neceſſario altera eſt vera:altera falſa:vt omnis homo erit albus:non omnis homo erit albus. In vniuerſalibus vō nō vniuerſaliter poſſunt eſſe ſimul verę:non autem ſimul falſę:vt homo erit albus:homo nō erit albus. Reſtat igitur ſola dubitatio in ſingularibus cōtradictorijs de futuro vtrū de neceſſitate altera pars ſit determiate vera:altera determinate falſa: vt Achilles bellum geret. Achilles bellū nō geret. Inquit Ariſtoteles.in ſingularibus vō atqꝫ futuris nō eſt ſimiliter altera pars determinate vera:altera determinate falſa. Sunt qui ipſi textui volunt eſſe addendum verbum[contingentibus]vt ſit ſenſus:in ſingularibus vō atqꝫ futuris ⁊ contingentibus:nō eſt ſimiliter altera pars vera determinate altera falſa : addunt [in contingētibus]quia illud nō valet in neceſſarijs:determinate enim aut ſol exorietur:aut nō exorietur. Sed hęc additio nō eſt neceſſaria:quoniam Ariſtoteles futurum vbiqꝫ appellat id quod nō eſt:⁊ poteſt eē ⁊ nō eſſe: tale autem eſt cōtingens. Hęc enim:homo curret.infert hanc:cōtingit hominem currere:igitur illa additio nulla eſt:cuz ſatis per verba eius habeatur. ¶ Ad hoc probādum Ariſtoteles facit enthimema dicēs:naz ſi omnis affirmatio vel negatio in his vera eſt aut falſa:⁊ pro igitur omne neceſſe eſt eſſe aut nō eſſe:hoc eſt neceſſe eſt alteram partem eſſe determinate veram:alteraz determinate falſam:hoc eſt enthimema e quo infertur deinceps omne aut eſſe neceſſe aut neceſſe nō eſſe:⁊ ita erunt duę naturę tm̄ neceſſe eſſe:⁊ impoſſibile eſſe:⁊ nō negabitur natura contingens. Propterea circa enthimema iſtud non parum laborandum erit.

¶ Si enim hic quidē dixerit aliquid fore. alius autem illud idem non fore dixerit:alter ipſoꝝ neceſſario verum dicat perſpicuuz eſt. Si oīs affirmatio negatio vera eſt aut falſa. In talib⁹ enim ſimul verae ambae non erunt.

Cō. 46. ¶ Credit expoſitor Ariſtotelem deducere enthimema: motus fortaſſe propter illam particulam[enim]quę videtur reddere cauſam eius quod dixit. Mihi autem nō placet : quoniam ea quę nunc dicit : nec remotę nec pro-

pinquę eſſe poſſunt pręmiſſe concluſionis enthimematis. videtur igitur mihi ꝙ Ariſto. cum dederit enthimema: nũc vim illius enthimematis mutat ad caſuz ⁊ exẽplum: vt habeaẽ qđ dixerat clarius: ⁊ ſyllogiſmus cõponitur ſic: omnis affirmatio eſt aut vera aut falſa. Omnis qui dicit aliqd fore vel non fore: affirmat vel negat: igiẽ omnis qui dicit aliquid fore vel non fore: dicit verũ vel falſum. de rõne primo tangit minorẽ in exẽplo ⁊ inquit. Si eniz aliquis dixerit aliquid fore. Alius aũt illud idẽ non fore dixerit: hęc minor quaſi incõpleta cui addit cõcluſionẽ. d. alter ipſoꝝ neceſſario verũ dicat perſpicuũ eſt. ⁊ qꝛ hęc eſt vna hypothetica quę poteſt reduci i ſyllogiſmũ: ſubſcribit maiorẽ. d. Si omnis affirmatio vł negatio vera eſt aut falſa. Vult igiẽ ex hꝰ habere maiorem talem. oĩs affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt. cui addas: ſed oĩs qui dicit aliquid fore vel nõ fore: affirmat vel negat: igitur oĩs qui dicit aliqd fore vel nõ fore: dicit verũ vel falſum: probat maiorẽ. d. In talibus eniz ſimul ambę verę nõ erunt: ecce quo pacto Ariſtoteles dictuz enthimema reſumpſit ſub forma ſyllogiſtica: ⁊ per exemplum ⁊ caſum vt clarius eſſet.

¶ Nam ſi verum eſt dicere hoc album aut nõ album eſſe: neceſſe eſt album aut nõ albuz eẽ: ⁊ ſi eſt album vel non album: verum erit affirmare vel negare: ⁊ ſi non eſt: mentitur: atqꝫ ſi mentitur: nõ eſt. Quare neceſſe eſt ſemꝑ affirmationẽ aut negationẽ verã eſſe: vel falſaz.

Cõ. 47. ¶ Cauillabit fortaſſe quiſpiã maiorem: qm̃ affirmari poteſt aliquid ⁊ nõ eſſe ita in re verum ſicut affirmaẽ. Nã mathematici ponunt caſus affirmãdo illos qui nõ ſunt: vt dicũt trahatur linea a centro ad cęlũ. vbi affirmatur lineam eſſe tractam: nõ tamẽ eſt verum ipſaz eſſe in re tractam: ⁊ ita non omnis affirmatio vel negatio eſt vera aut falſa: cum nõ omnis ſit ita in re vel nõ ita. Cauillum hunc refellit. d. nam ſi verum eſt dicere hoc albũ: aut nõ album eſſe: neceſſe eſt album aut nõ albuz eſſe: ⁊ cõuertitur. vz. ꝙ ſi eſt albũ vel nõ album: verũ erit affirmare vel negare. Similiter quo ad falſitatem: ⁊ iquit ⁊ ſi nõ eſt verum albuz eſſe: mẽtitur ſi dicatur album eſſe: ⁊ ſi mẽtitur per hoc quod dicit illud eſſe: id nõ eſt. ¶ Ex is cõcludit maiorem ipſam. d. quare neceſſe eſt ſemꝑ affirmationem aut negationem veram eſſe vel falſam: ⁊ ita habetur maioris veritas: ⁊ cauilli cõfutatio.

¶ Nihil ergo aut eſt aut fit a fortũa: neqꝫ qcq̃ ad vtrũqꝫ ꝯtingens: neqꝫ erit aut nõ erit qcq̃: ſed oĩa neceſſario euenient: nihilqꝫ ad vtrũqꝫ contingẽs: nam aut is dicit veruz: qui affirmauit: aut is qui negauit. Similiter enim fieret aut nõ fieret. vtrũlibet enim non magis ſic vel non ſic ſe habet aut habebit.

Cõ. 48. ¶ Nunc vltimo infert inconueniens ſequẽs ad ſyllogiſmum dictum: vbi debes ſcire ꝙ cõtingens eſt quoddaz rarẽter: quoddam plęrunqꝫ quod dici ſolet natuz quoddam ad vtrunqꝫ: tũc intendit declarare ꝙ nulla erit natura pręter neceſſariam: ſi cõcluſio ſyllogiſmi vera ſit: ⁊ iquit. Nihil ergo aut eſt aut fit a fortuna ⁊ ita tolletur ꝯtingẽs raro. neqꝫ quicq̃ ad vtrũqꝫ cõtingẽs ⁊ ita tolletur cõtingens quod appellant infinituz. neqꝫ erit aut non erit quicq̃ ⁊ ita tolletur contingens plęrunqꝫ ſiue natum: quod eſt aut ad eſſe aut ad nõ eſſe magis limitatum. ¶ Sed oĩa neceſſario euenient: nihilqꝫ ad vtrũqꝫ cõtingẽs erit: repetit quaſi cauſam: vnde hęc ſequuntur dicens: nam aut is dicit veruz qui affirmauit: aut is qui negauit: hoc eſt qui oppoſitũ dixit: ⁊ ita ſimiliter neceſſario alteꝝ fieret vel no fieret: quare ⁊ demetur natura de ineſſe: qꝛ vtrũlibet non magis ſic vel non ſic ſe habet de ineſſe vel ſe habebit. de neceſſitate alterum eſt: ⁊ ita tolletur materia cõtingẽtium: ⁊ materia de ineſſe: ⁊ omnia erunt neceſſaria: aut neceſſario eueniẽtia. Hęc ſunt impoſſibilia ſequentia ad cõcluſionem.

¶ Adhuc autem ſiquid nũc eſt album: verum erat dicere prius ꝙ erit album: quare ſemꝑ verum erat dicere quolibet eorũ quae facta ſunt ꝙ eſt aut erit. Si ſemper verum erat dicere ꝙ eſt aut erit: non poterit illud non eſſe: aut non fore. At id quod non poteſt non fieri: impoſſibile eſt non fieri. Quod autem impoſſibile eſt non fieri: neceſſe eſt fieri: vniuerſa ergo futura neceſſe eſt fieri: nullum ergo eſt ad vtrunqꝫ contingens: neqꝫ a fortuna quicq̃ erit: nam ſi a fortuna nõ ex neceſſitate.

¶ Et gręci ⁊ latini cõueniunt ꝙ Ariſtoteles ad quęſtionẽ Cõ. 49.
propoſitã nũc ponat ſcđam rõnez. Sed huic expoſitioni nõ aſſentio qm̃ neqꝫ verba Ariſto. nec ſeries illi cõuenit: ideo videẽ mihi ꝙ cũ Ariſt. argumẽtatus ſit ad quęſtionez in ſingularibus de futuris probãdo ꝙ in illis nõ eſt altera pars cõtradictionis determinate vera: nũc diſputat in ſingularibus de pręſenti: probans ꝙ nec in iſtis altera contradictionis pars ſit determinate vera: altera determinate falſa: ⁊ arguit ſic: cuilibet ꝓpoſitioni de pręſenti correſpõdet aliqua de futuro: igiẽ ſi in ſingularibꝰ de pręſenti altera cõtradictionis pars ſit determiate vera: altera determinate falſa: vt ꝙ Plato ſit albus determinate: aut nõ albus: tũc in ſingularibꝰ de futuro is correſpõdẽtibus altera cõtradictionis pars erit determinate vera: altera determinate falſa: ⁊ ita fuit altera illarum vera. Plato erit albũ vel nõ erit albũ. Fuit altera illarũ determinate vera: igitur ſemꝑ fuit verã. Si ſemꝑ vera fuit: nõ poterat nõ fore: nõ poterat nõ fore: igitur nõ poterat nõ fieri: quod nõ poteſt nõ fieri: impoſe eſt nõ fieri: qꝛ nõ poteſt eſſe ęquiualet de ĩpoſſibile eſſe: ⁊ nõ põt nõ eſſe ad impoſſibile nõ eſſe: quod autem impoſſibile eſt nõ fieri: neceſſe eſt fieri. per regulam ęquipollentiarum. Et ita vniuerſa futura neceſſario erunt. iquit. Adhuc aũt ſi quid nũc de pręſenti eſt album: vt Plato vel Callias: verum erat dicere prius ꝙ erit album: ⁊ ita vult cuilibet de pręſenti correſpõdiſſe aliquã de futuro: quare ſemꝑ ante tempus pręſens verum erat dicere quolibet eoruz quę facta ſunt ꝙ eſt aut erit: patet: qꝛ omne futurum anteq̃ ſit pręſens: ſemper eſt futurũ: ⁊ ita anteq̃ hęc ſit vera Plato eſt albus: cum ſit determinate vera per te: ab ęterno fuit futurę veritatis: vltra arguit ſi ſemper verum erat dicere ꝙ eſt aut erit: nõ poterit illud nõ eſſe aut non fore: quia ſemper fore ęquiualet ad impoſſibile vel non poſſibile non fore: ⁊ ita ad impoſſibile vel non poſſibile non fieri: vltra. at id quod nõ poteſt nõ fieri: impoſſibile eſt nõ fieri: quia non poſſibile ⁊ impoſſibile ęquiualenti: vltra. quod autez impoſſibile eſt nõ fieri: neceſſe eſt fieri ab ęquiualẽti ad ęquiualẽtem. Negatio eniz poſtpoſita facit ęquipollere ſuo ꝯtrario. Ex is ĩfert. vniuerſa ergo futura neceſſe eſt fieri. Cũ enim quęlibet

ſingularis de pſenti ſit determinate vera aut falſa: ꝛ cuilibet de pꝛęſenti coꝛreſpōdet vna de futuro: quelibet de futuro erit determinate vera aut falſa: ꝛ ita vniuerſa futura neceſſario fieri: tunc dat ipoſſibile ſequēs ad hęc dicens. Nullū ergo eſt ad vtrūqꝫ ꝯtingens: neqꝫ a foꝛtuna quicqꝫ erit: qm̄ ſi a foꝛtuna aliqd erit: nō oia ex necītate erunt. Sic igiꝰ ſi in ſingularibꝰ de pſenti altera ꝯdictionis pars eēt determinate vera: omnia vt prius euenirēt necīo: vt ꝑ enthimemata a pmo ad vltimū patet.

℄ At ꝟo neqꝫ dicere poteſt aliquis neutrū eſſe verum: vt neqꝫ foꝛe: neqꝫ non foꝛe. Primo nanqꝫ cum affirmatio falſa erit: negatio vera non erit: ꝛ cum hec ſit falſa: contingit affirmationem non veram eſſe.

Cō.50. ℄ Megarici negarunt potētiā: ꝛ omne poſſe cōcedentes ſolum actū ꝛ pſentiā: ꝛ ita iſti dicebāt neutrū futuroꝝ eſſe verū: cū nullū ſit futurū poſſibile eſſe pns. Hos igꝰ Ariſtoteles refellit inferens affirmationē ꝛ negationem in his eſſe ſimul falſas ſimplr: qđ pro nunc relinqꝰ tanqꝫ impoſſibile: ꝛ inqꝰ. At ꝟo neqꝫ dicere pōt aliqs neutrum eſſe verū: vt megarici opinanꝰ negātes potētiā ꝛ poſſibilia atqꝫ futura: dicētes nihil neqꝫ foꝛe: neqꝫ nō foꝛe. Primo nāqꝫ cū affirmatio falſa erit apud illos: negatio vera nō erit: ꝛ ita ambę ſimul falſę: ꝛ cuꝫ hęc. hoc eſt negatio. ſit falſa: contingit affirmationē nō verā eſſe: ꝛ ita ambę ſimul falſę: cōtra naturam cōtradictionis.

℄ Ad haec etiā ſi quis veruꝫ erit dicere aliquid ſimul eſſe albū: ꝛ magnū opoꝛtet vtrunqꝫ eē: etiam ſi erit verum cras: opoꝛtebit eſſe cras: ꝛ ſi non erit: non erit cras: non vtiqꝫ erit contingens ad vtrūqꝫ vt nauale bellū: opoꝛtebit eniꝫ neqꝫ fieri nauale bellum: neqꝫ non fieri.

Com.51 ℄ Scđo cōtra eoſdeꝫ arguit ſic: ſi in futuris ſingularibꝰ: ambę cōtradictionis partes ſimul ſunt falſę. Igitur de pꝛęſenti aliquando erunt ſimul falſę. tenet conſequentia per locū a ꝯtrario: qm̄ ſi aliqua de futuro ſūt ſimul vera: etiam de pſenti opꝫ aliqñ eſſe ſimul vera: etiaꝫ ſi aliqua ſūt de futuro ſimul falſa: opꝫ vt de pn̄ti aliqñ ſint ſimul falſa. Et tota ratio fundaꝰ in hac maxima. cuilibet ꝓpoſitioni de futuro tali coꝛreſpōdebit vna de pſenti talis: vt ſi de futuro vera: coꝛreſpōdebit aliquando aliqua de pꝛęſenti vera. ſi falſa: ēt ꝛ falſa: quare ſi de futuro apud megaricos vtręqꝫ falſę ſunt: aliquādo de pſenti vtręqꝫ falſę erunt. ℄ Inquit ad hęc ēt ſi qꝛ veꝝ erit dicere aliquid ſimul eſſe albuꝫ ꝛ magnū: opoꝛtet vtrunqꝫ eſſe de pꝛęſenti: etiam ſi erit veruꝫ cras opoꝛtebit eſſe cras: ꝛ ſi nō erit verū cras: nō erit cras: ꝛ ita cuilibet de futuro tali: coꝛreſpōdebit vna de pꝛęſenti talis: ex hoc ſequitur ꝙ non erit cōtingens ad vtrunqꝫ: qꝛ omne tale eſt de futuro: ꝛ nauale belluꝫ nō erit cōtingēs ad vtrūqꝫ: qꝛ ex quo de futuro ambę partes ſunt falſę: opꝫ de pn̄ti ambas falſas eē: ꝛ ita negabitur omne ꝯtingēs ad vtrūqꝫ.

Dubitatio ℄ Sed dubitāt. qm̄ hęc eſt vera de futuro. albū erit nigruꝫ: ꝛ tn̄

Rñſio. hęc. albū ē nigrū. nūqꝫ eſt vꝉ erit de pn̄ti vera. ℄ Quicquid velint iuniores: dico ꝙ hęc eſt de futuro vera. albū erit nigrum pro ſubiecto cui accidit albedo: vt pꝫ per reſolutoꝛiū ſyllogiſmū: ideo ſibi nō coꝛreſpondebit illa de pn̄ti albū eſt nigrū: ſed hęc hoc eſt nigrū: quę aliquan

Maxima do de pſenti eſt vera. ℄ Ex regula Ariſto. ꝛ modo ꝓbādi colligiꝰ hęc maxima. ꝓpōnem eſſe falſam: cōuertitur cū ſua cōtradictoꝛia. ꝛ ſi falſum eſt dicere. Socrates eſt: ſequiꝰ igitur Socrates nō eſt: ꝛ ſi falſa eſt hęc ꝓpoſitio Plato eſt albus: ſequitur: igiꝰ Plato nō eſt albus.

℄ Ea igitur abſurda quae ꝯtingunt: haec ſunt: ꝛ iſtiuſmodi caetera. Siqdē neceſſe ē cuiuſlibet affirmationis atqꝫ negationis iuicē oppoſitaꝝ tam in vlibꝰ vlr qꝫ in ſingularibꝰ: alteraꝫ quidē eſſe veraꝫ: alterā aūt falſam eſſe: vt ꝙ in his que fiunt: nihil ſit ad vtrunqꝫ. Sed de neceſſitate ſint aut fiant cuncta: ꝛ ita nec conſultare opus erit: nec res agendas aggredi: veluti ſi hoc qdē fecerimus: eueniet hoc. Si ꝟo illud non fecerimus: non eueniet hoc.

℄ Quicquid velint expoſitoꝛes: Ariſtoteles (vt mihi videtur) epilogat abſurda dicta addēs alia. Abſurda quidem ſunt ꝙ nihil fiat cōtingenter ad vtrunqꝫ: ꝛ ꝙ cuncta neceſſario eueniant. ea quę addit. duo ſunt etiā vt ꝙ fruſtra ſit cōſultatio: ꝛ ꝙ fruſtra ſit aggredi res agēdas: ſicut ꝯſiliarij agunt: qui hoc modo agunt dicētes: ſi hoc agimus vt ſi munitiones arcibus cōmittimus: eueniet hoc. ſi ꝟo non facimus illud: nō eueniet hoc: ideſt nō conſeruabuntur arces. ℄ Animaduerſione dignuꝫ cōſultationes eſſe: partim a natura: partim ab arte. natura qdeꝫ qm̄ homines inter animalia ſoli ſunt conſultiui. Animalium ꝟo cęteroꝝ nulluꝫ. arte ꝟo: qꝛ diſciplina euadimus boni ꝛ mali conſultoꝛes: tunc ex hoc arguitur. quod eſt a natura non eſt fruſtra: conſultare vt diximus eſt a natura: igitur non fruſtra: ꝛ ita nō erunt omnia neceſſaria. dicere enim conſultationem non eſſe fruſtra: ꝛ euenire oia neceſſario eſt implicare contradictionem. Cō.52.

℄ Pꝛohibet eniꝫ nihil ēt in annos vſqꝫ mille: hoc quidem foꝛe aliqueꝫ dicere. Illud ꝟo nō foꝛe aliuꝫ dicere: igitur neceſſario eueniet alterum eoꝝ: quod tunc dicere verū erat.

℄ Videtur mihi ꝙ repetat abſurda: ꝛ pꝛimo caſu poſito Com.53 ꝙ aliquis affirmet aliquid venturum fere ad mille annos. alius dicat illud non venturum: ꝛ ſyllogiſmus componitur ſic. In ſingularibus contingentibus affirmatio vel negatio eſt determinate vera neceſſario. Sed dicere aliquid venturum ad mille annos: aliquid non venturū eſt affirmare ꝛ negare in ſingularibus ꝯtingentibus: igitur de neceſſitate alterum eoꝛum eueniet: quod tunc dicere verum erat. De ratione tangit minoꝛem. d. ꝓhibet enim nihil etiā in annos vſqꝫ mille: hoc qdē foꝛe aliquē dicere. illud ꝟo non foꝛe alium dicere. Dat cōcluſionem dicens: igitur neceſſario eueniet eoꝛū alterū: quod tunc dicere verum erat: quod vnum dictoꝛum abſurdoꝛum. Hęc ratio deducta eſt a caſu poſito.

℄ Etiaꝫ nihil refert ſi qui dixerint cōtradictionem ipſam: aut nō dixerint. patet enim ita res ipſas ſeſe habere: ſi nō alter quicqꝫ affirmauerit alter negauerit: non enim qꝛ affirmatio aut negatio dicta eſt: res ipſa erit: aut nō erit: neqꝫ magis ſi in annos vſqꝫ mille: qꝫ quātouis tp̄e. Quare ſi in omni tp̄e ſic ſe habebat: vt alteruꝫ foꝛe veꝝ dicaꝰ: neceſſe erat hoc fieri: ꝛ vnumquodqꝫ eoꝝ que fiūt: ſic ſemꝑ ſe habere vt neceſſario fieret: naꝫ ſi vere quis dixit aliqd foꝛe fieri nō poterit vt nō eueniat: ꝛ ſi euenerit: ſemper ante veꝝ erat dicere ipſum foꝛe.

Cō.54. ¶ Eadē abſurda deducit nō ſuppoſito caſu:accipit tamē duas ſuppoſitiones. Prima φ nihil differt quo ad rerū aut exiſtentiaȝ aut euentū ſi vnus affirmet aliquid fore alter neget illud fore:qꝛ ꝑpter noſtrū affirmare vel negare non mutaꝛ reꝝ curſus ita vt ſit aliquid vel non ſit. Scđa ſuppoſitio.nō differt quo ad reꝝ euentū eaꝝ quę nunc aguntur veꝝ fuerint affirmatę vel negatę ante annos mille vel aliud quātū vis tēpus:hoc eſt qcqd venturū eſt in aliquo tēpore futuro vt cras ꝛ determinate:in omni differētia tēporis pręteriti eſt determinate venturum pro cras:ꝛ non differt vt ſit magis vētuꝝ pro mille ante annis:vel pro maiori tpe:ꝛ hoc inquit:.neqȝ differt reꝝ euētus magis ſi in annos vſqȝ mille antea fuerit affirmatus aut negatus:ꝙ quāto vis tempore.eadem eniȝ videtur ratio ſi annis mille antea fuerit affirmatus aut negatus:ꝛ ſi cētū ſolū antea. Hę ſunt duę ſuppoſitiones. Tūc arguit:quare ſi omni tēpore ꝑterito ſic ſe habebat contradictio vt alterū fore veꝝ dicatur per te qui ponis in his alterā cōtradictionis partem eſſe determinate veram:neceſſe erat hoc fieri:ꝛ vnūquodqȝ eoꝝ quę fiūt ſic ſe habere ſemper vt neceſſario fieret:qꝛ ipȝ fieri ſemꝑ ꝛ in omni differētia tēporis pręteriti erat verum. Deducit cōſequētiā.ꝺ.nam per te ſi vere quis dixit aliqd fore: fieri non poterit vt illud nō eueniat:cōtra etiaȝ etſi euenerit:ſemꝑ ante veꝝ erat dicere ipm fore. ¶ Eſt igitur
Rōnis vis
vis rōnis.in omni ďĩa tēporis pręteriti erat vera altera pars ꝯtradictionis:ꝛ veꝝ dicere alterū fore:igiꝛ neceſſario erit:nam ſi nō neceſſario erit:nō ſemꝑ fore in omni ďĩa tēporis ꝑteriti veꝝ fuiſſet:vł cathegorice:ſic omnē determinate venturū in aliquo tpe futuro qđ eſt determinate venturū antea pro omni ďĩa tēporis ꝑteriti:de neceſſitate eueniet ſiue qs affirmet aut neget illud euenire. hęc patet ex ſcđa ſuppōne. Sed omne vētuꝝ per aduerſarios eſt determinate ventuꝝ antea in omni differētia tpis pręteriti:igiꝛ neceſſario eueniet:ꝛ ita pȝ idē abſurdū ſequi poſito caſu ſiue nō poſito caſu.

¶ Si itaqȝ haec abſurda ſunt:illa impoſſibilia ſunt. videmus eniȝ futuroꝝ principiū eē:tum ab eo qđ ꝯſulamus:tum ab eo qđ agimus.

Cō.55. ¶ Ea quę dixerat:declarat eſſe impoſſibilia:ꝛ pͥmo ꝑponit ħ:ꝛ inqͥt.[Si itaqȝ.]ſubaudini in gręco abſurda ſūt: illa etiam ſubaudini impoſſibilia ſunt:ꝛ hoc ꝓbat pͥmo in ſingularibus ꝯtingentib⁹ ſic.ea oĩa quoꝝ nos ipſi dñi ꝛ principia ex toto ſumus:ſunt ꝯtingentia.tāgit minorē dicens.videmus eniȝ futuroꝝ ꝑncipiū eē: tum ab eo qđ conſultamus:tum ab eo qđ agimus. Igitur extrema contradictionis ſunt in ſingularib⁹ futuris penitus cōtingētia ad vtrunqȝ. ¶ Animaduerſione dignum φ in nobis
Actionū genera.
ſunt tres actionū ſpēs.altera quę ſpectat penitus ad eaȝ animę partē quę dr̄ viuifica:ab alijs vegetatiua: vt nutritio:auctio:ꝛ generatio:ꝛ hę pro maiori pte ſūt nec̄ię:ꝛ nutritio ꝛ auctio ſiue iminutio:quicqd ſit gnātio quę nō ſit in nobis. Alia quę ſpectat ad aīam ſenſibilē:vt appetitus:ſenſus:ꝛ motus:ꝛ hę ēt pro plurib⁹ ꝑtib⁹ ſūt nec̄ię vt ſenſus:cū enim tangimur:nec̄io ſentimus: ꝛ fortaſſe appetimus:lȝ poſſint rōne moderari:q̄ vo ſpectāt ad rōnalem ꝑteȝ:hę ſunt penit⁹ animę rōnali ꝛ nobis ſubditę: ꝛ haꝝ dñi ſumus oĩno:ꝛ de his Ariſtoteles loquitur.

¶ Et cum in his que non ſemper actu ſunt: ſit omnino aliquid poſſibile eſſe ꝛ non eſſe. Silr in is in qbus ambo ꝛ eſſe ꝛ non eſſe ꝯtingunt: ſit etiam vt in illis ſint fieri ꝛ non fieri.

Cō.56. ¶ Scđo ideȝ ꝑſuadet in vlib⁹ de futuro:vbi debes ſcire φ rerū qdā ſunt quę oĩno nō ſemꝑ actu ſūt:ſȝ frequēter vt effectus naturales:quędam quę eq̄liter ſunt ꝛ nō ſunt vel rarenter ſunt vt fortuita:ideo accipit φ taȝ in pͥmis rebus ꝙ in ſecūdis eſt poſſibile eſſe ꝛ poſſibile nō eſſe:ꝛ infert φ ꝑpter hoc opȝ vt in illis vtriſqȝ ſit poſſibile fieri ꝛ nō fieri:ꝛ ſyllogiſmus eſt ea in qbus eſt poſſibile eē ꝛ non eſſe:eſt poſſibile fieri ꝛ nō fieri:hęc eſt maior:dat minorem dicens:ꝛ cū in his quę nō ſemper actu ſunt:ſit oĩno aliquid poſſibile eē ꝛ nō eſſe:vt ſunt res naturales: quę plęrunqȝ ſunt. Similiter in his in qbus ambo ꝛ eſſe ꝛ non eſſe cōtingunt: vt fortuita:hęc eſt minor:dat cōcluſionem dicens:ſit etiam vt in illis ſint fieri ꝛ non fieri:ꝛ ita contingentia quę deſcribitur per poſſibile fieri ꝛ nō fieri. Hęc eſt ratio Ariſtotelis.

¶ Plura etiam nobis perſpicua ſunt ſic ſe habere: veluti veſtimentum hoc ſcindi poteſt ꝛ non ſcindetur: ſed prius ꝯteretur. Poteſt etiā ſimiliter non ſcindi:non eniȝ poſſet ipm prius conteri:niſi potuiſſet non incidi. Quare ꝛ in alijs futuris idem erit:quaecunqȝ ſm taleȝ dicuntur potentiam.

¶ Hic ponitur tertia ratio per exēplum:ꝛ pōt cōponi ſic ſyllogiſmo expoſitorio:hoc.vȝ.veſtē incidi eſt ꝯtingēs: hoc eſt aliqđ futuroꝝ:igiꝛ aliqđ entiū futuroꝝ nō nec̄io eueniet. Igitur ab ęquiualēte non oĩa futura neceſſario euenient. Aut forte arguit exemplo per ſimile iudicium ſic. veſtem incidi eſt cōtingens:igitur in alijs futuris ſimiliter inquit.plura etiā perſpicua ſunt ſic ſe hr̄e:vtpote veſtimentū hoc ſcindi pōt:ꝛ nō ſcindeꝛ:ſed prius ꝑ tpa poſt ꝯteretur:igitur ſcindi poteſt ꝛ ſi nō ſcindetur. Silr pōt ēt nō ſcindi:nō eniȝ poſſet ipm ꝑius pro tpe poſt cōteri:niſi poſſet nō ſcindi:igitur pōt ſcindi:qꝛ non cōteri: ꝛ nō ſcindi:qꝛ cōteri ꝛ ita ſcindi ꝛ nō ſcindi ; q̄re vt in ħ vno ita ēt in alijs futuris erit idē quęcūqȝ ſm talē dicūtur potētiā.ecce quo modo ſyllogiſmus eſt ab vno exemplo ſimili ad cętera. Fecit enim hoc exemplum in cōfirmationē ꝑpter hebetes:quos exēpla fortaſſe magis mouent ꝙ rationes etiam demonſtratiuę. Cō.57.

¶ Perſpicuuȝ ergo non omnia neceſſario aut eſſe aut fieri: ſed alia quidem eſſe ad vtrūlibet contingentia: de quibus non magis affirmatio ꝙ negatio erit vera vel falſa. Alia vo talia eſſe vt ipſorum magis atqȝ frequentius alterum eueniat:modo quidem alterū fieri contingat:alterum vo minus.

¶ Ex is rōnibus cōcludit cōcluſionē ꝛ inquit.perſpicuū ergo nō omnia neceſſario aut eſſe aut fieri.hęc cōcluſio verum declarat quot modis eſſe poterunt cōtingentia:ꝛ enumerat duo cōtingētiū genera:eſt eniȝ quoddā cōtingens ęquale ſiue infinituȝ qđ poteſt ęqualiter eſſe ꝛ non eſſe vt moueri Socratē:eſt ꝛ cōtingens natum : qđ ſi eſt aptum magis ꝛ frequentius euenire:diciꝛ cōtingens natum frequēter aut plęrunqȝ vt caneſcere in ſenectute.ſi vo minus aptū euenire:diciꝛ cōtingens rarum:ꝛ hęc eſt concluſio textus. De his dicemus in 2° inquit. Sed alia quidē eſſe ad vtrūlibet cōtingentia:de quib⁹ non magis affirmatio ꝙ negatio erit vera vel falſa. Alia vo talia eē vt ipſoꝝ magis ꝛ frequentius alteruȝ vt affirmatio vel negatio eueniat:modo quidem alterū fieri cōtingat alterum minus:ꝛ iſtę ſunt ſpecies ꝯtingētis. ¶ Per hęc habeꝛ ſolutio ad quęſtionē principalē: quęrebaꝛ eniȝ vtrū Cō.58.

Soſo ro- n⁹ qōne ꝛ pͥmo qi.

in ꝑpōnibus

in ꝓpōnibus ſingularibus de futuro altera pars ꝯdictio
Solutio nis ſit determinate vera: altera determinate falſa. ¶ So
lutio eſt ꝙ in neceſſarijs de futuro altera eſt determina-
te vͣ: altera determinate falſa. Qm̄ ſol orietur neceſſario
⁊ determinate: vel nō orietur. Sil'r ſol exn̄s in leone neceſſario
⁊ determinate eſtuabit: aut nō eſtuabit. Itēqꝫ ſol exn̄s
in capricorno determinate hyemabit aut nō hyemabit.
In illis vͦ q̄ de futuro ſūt ꝯtigēti lꝫ neutra ꝯdictiōis ps
ſit determinate vera: neutra determinate falſa: tn̄ in illis
de futuro ꝯtingenti plerunqꝫ: altera pars ꝯdictionis eſt
magis apta euenire q̄ȝ altera: vt lꝫ neutra harꝝ determina
te eueniet hō in ſenectute caneſcet: aut nō caneſcet. Illa
ꝯdictionis pars videlꝫ caneſcet frequētius ⁊ aptius eue
niet. In hīs vͦ q̄ de ꝯtingenti ſunt eq̄li: lꝫ altera eueniet:
neutra tn̄ determinate aut eueniet: aut frequentius vel
aptius. ¶ Hec eſt ſolo dubitationis. Silis ſolo eſſe pōt
in ꝯtigētibus de p̄ſenti. nā ꝓpōnes de futuro equipollēt:
aut inferūt: ſimiles de preſenti cum modo ꝯtingētis vt
cras erit nauale bellꝫ. Igitur ꝯtingit nauale bellum eſſe.
Uel nauale bellū erit: aut nauale bellum non erit. Igitur
ꝯtingit nauale bellꝫ eſſe vel nō eſſe. Et ita quicquid di-
citur in illis de futuro: vult eſſe intelligendum in hīs de
p̄ſenti in mō ꝯtingēti. Hec Ariſtoteles de queſtione.

¶ Id igitur quidem quod eſt quādo eſt: neceſ-
ſe eſt eſſe. ⁊ id qd̄ non eſt quando nō eſt neceſ-
ſe eſt non eſſe: non tamen aut omne qd̄ eſt eſſe
neceſſe eſt. Aut omne qd̄ nō eſt nō eſſe neceſ-
ſe eſt. Non enim idem eſt omne quod eſt ne-
ceſſario eſſe: cum eſt. ⁊ ſimpliciter neceſſario
eſſe. Et de eo quod non eſt ſimili modo.

Cō.59. ¶ Cum Ariſtoteles terminauerit illam q̄ōnꝫ: an in futu
ris ꝯtingentibus altera pars ꝯdictionis ſit determinate
vera: altera determinate falſa ſolū quo ad partē negati-
uā videlꝫ ꝙ nō ꝓpter īpoſſibilia enarrata: nunc vult de-
clarare: an in illis ſit aliquo mō neceſſitas. Et p̄mo ꝓpo-
nit quot modis dicatur neceſſariū: ſiue neceſſaria veritas:
⁊ vult ꝙ neceſſariū bifariā dī ſimpl'r videlꝫ ⁊ ex ſuppō-
ne ſiue ꝯditione. Simpl'r q̄dē neceſſariū eſt vt ſolē ori-
ri: aut ipſuꝫ reddi in capricornū. Ex ſuppōne vͦ neceſſa-
riū id eſſe qn̄ eſt. Aut id nō eſſe qn̄ non eſt: vt Socrates
currit qn̄ currit. Aut Socrates nō diſputat qn̄ nō diſpu
tat. Hoc enim eſt neceſſariū nō abſolute: ſed ex ſuppō-
ne. Inquit. id igitur quidē quod eſt qn̄ eſt: neceſſe eſt eſſe:
vt Socrates qn̄ currit: neceſſario currit. Et id quod nō
eſt: qn̄ nō eſt: neceſſe eſt nō eſſe: vt Socrates nō diſputat
qn̄ nō diſputat. Et locutus eſt per terminos trāſcēdētes
vt eius ſermo ſit vniuerſalior ⁊ oībus ꝯueniēs. Hoc eſt
primū membꝝ: deinde tāgēs ſcd̄m īquit. nō tn̄ omne
qd̄ eſt: abſolute neceſſe eſt eſſe. Aut omne qd̄ nō eſt: ne-
ceſſe eſt nō eſſe. Nam Socratem currere abſolute non
neceſſe eſt. Nec abſolute neceſſe eſt non currere. Sed
bene aut dū currit: aut dū nō currit. Cuius cām ſubſcri-
bit. ⁊ inquit. Nō enim idem eſt oē qd̄ eſt neceſſario eſſe
cū eſt. Et ſimpl'r neceſſario eſſe: ⁊ de eo qd̄ non eſt ſimili
modo eſt dicēdū. Nā nō eſt idē neceſſario nō eſſe cū nō
eſt: ⁊ neceſſario nō eſſe ſimpl'r. Sic igitur duplex eſt neceſ
ſariū. ex ſuppōne: ⁊ ſimpl'r. Philoponus vͦ p̄mo priorꝝ
auctoritate Alexādri ⁊ Soſigenis ſubdiuidit neceſſarium
ex ꝯditione: qm̄ pōt eſſe aut ꝯditione cadēti in ſubiecto
vt omne qd̄ currit: neceſſario mouetur duꝫ currit. Aut ca-
dēti in p̄dicato: vt Socrates ſedet neceſſario duꝫ ſedet.
Quā diuiſionē Ariſtoteles in 2° huius vlterius exami-
nabit. Nunc vͦ ſit dictum in tantum.

¶ Et in contradictione etiam ratio eadem eſt.
Oē nāqꝫ eē aut nō eſſe neceſſe eſt: itemqꝫ aut
fore aut non fore. Nō tn̄ neceſſe eſt diſiūctiue
alterum fore. Ceu neceſſe eſt quidem cras na-
uale bellū fore: aut nō fore. Nō tn̄ fore nauale
bellū cras: neceſſe eſt: neqꝫ rurſus nō fore. at-
tamen fore aut non fore neceſſe eſt.

¶ Premiſſa diſtinctione verbi neceſſarij: nūc applicat il Cō.60.
lam ad rem. ⁊ declarat quo modo in enūciationibus de
futuro eſt neceſſitas: ⁊ vult ꝙ in illis de futuro reperitur
neceſſitas ſimpl'r: quotiēs fit vna cathegorica de altero
extremorꝝ diſiūcto. verbi cauſa. neceſſe eſt cras nauale
bellum fore vel nō fore diſiūctim, videlꝫ tenēdo extre-
ma: quotiēs vͦ fiūt plures cathegorice in vna diſiūcti-
ua: in illis nō pōt eſſe neceſſariū. Nō enī neceſſe eſt cras
nauale bellū fore. Aut neceſſe eſt cras nauale bellū non
fore. Sūt enīꝫ he due cathegorice ambe falſe. Inquit. ⁊
in ꝯdictione hoc eſt diſiūctione facta inter ꝯdictorias rō
eadem etiāꝫ eſt vt in illis dicatur neceſſitas. Oē nāqꝫ eſſe
aut nō eſſe neceſſe eſt quo ad illas de p̄ſenti. Itemqꝫ aut
fore aut nō fore diſiūctim. ſ. tenēdo illa: ⁊ ita cathegori-
ca de extremo diſiūcto neceſſaria eſt: ⁊ in illis de p̄ſenti:
⁊ in illis de futuro. Nō tn̄ neceſſe eſt diſiūctiue ⁊ in hy-
pothetica diſiūctiua alterꝝ fore. Exēpluꝫ ponit: ⁊ inquit.
Ceu neceſſe eſt q̄dē cras nauale bellū fore: aut non fore.
Nō tn̄ fore nauale bellū cras neceſſe eſt: neqꝫ rurſus nō
fore neceſſe eſt. Attamen fore aut non fore neceſſe eſt.
¶ Sed dices quo mō eſt neceſſariū in illis ex ꝯditione. Dubitatio
¶ Dicēdū ꝙ in illis eſt neceſſariū ex ꝯditiōe: dū videlꝫ Solutio
futurꝝ eſt: vt cras nauale bellū fore neceſſe eſt qn̄ eſt fu-
turꝝ: aut nō fore quādo nō eſt futurꝝ. ¶ Animaduerſio- Notabile
ne tn̄ dignuꝫ ꝙ fortaſſe neceſſitas reperta in cathegorica
de extremo diſiūcto eſt neceſſitas nō ſimpl'r vt expoſui:
ſed ex ꝯditione: qm̄ neceſſariū alterꝝ: ſi alterꝝ neceſſe eſt
eſſe. Abſolute vͦ in illis nullatenus aliquid reperitur ne-
ceſſarium. Et hoc eſt tutius dictum. Alīs vͦ dixi ꝙ illa.
nauale bellum erit vel nō erit: eſt neceſſaria ſimpl'r: qm̄
ſua ꝯdictoria. nō nauale bellum erit vel nō erit eſſe ſim
pl'r impoſſibilis. vt patet per equiualentem que eſt co-
pulatiua facta ex partibus ꝯtradictorijs: vt nauale bel-
lum erit: ⁊ nauale bellum nō erit: que eſt ſimpliciter im-
poſſibilis: tu vͦ conſidera.

¶ Quare cū orationes ita ſint verae: veluti res
ipſae: perſpicuum ſimiliter neceſſario ſe habe
re ⁊ in contradictione: quemadmodum ſic ſe
habent ea quae ad vtrunqꝫ eſſe: aut fore con-
traria poſſunt: quod quidem contingit in his
quae nō ſemper ſunt: aut non ſemper nō ſunt.
Harum enim rerum alteram contradictionis
partem veram aut falſam eſſe neceſſe eſt: non
tamen hanc vel illam: ſed vtraqꝫ contigerit.
Fit etiam vt magis quidem vera ſit altera: nō
tamen vera iam aut falſa.

¶ Hactenus de rebus ipſis: nunc ad orationes que a re- Cō.61.
bus proficiſcūtur ſermonem ꝯuertit. Et breuibus vult
ita eſſe in orationibus: veluti nunc dictum eſt in rebus.
At in rebus quo modo nō ſit neceſſitas abſolute: ⁊ quo-
modo eſt dictum eſt. Igitur ⁊ in orationibus pari modo
eſt dicēdum. Inquit. quare cum orationes ita ſint vere:
veluti res ipſe: perſpicuꝫ ſimiliter neceſſario ſe habere

⁊ in ꝯtradictione talium enūtiationum:quemadmodum
ſic ſe habēt ea quę ad vtrūqꝫ eē:aut fore ꝯtraria poſſūt.
Et declarat in quibus.⁊ inquit.quod quidem ꝯtingit in
his:quę nō ſemper ſunt:aut nō ſemper non ſunt: qualia
ſunt ꝯtingētia:quę ſūt nō neceſſaria:quę ſemper ſūt.Aut
impoſſibilia quę ſemper nō ſūt. Harū enim rerū(vt di
ximus)alteram ꝯ̄dictionis partem veram aut falſam
eſſe neceſſe eſt:nō tñ hāc vel illam diſiūctiue:ſed vtraqꝫ
ꝯtigerit diſiūctim.¶ Sed dices cū neutra ſit neceſſario
vera:eſt ne altera magis apta fieri vera:ꝙ̄ altera:.Re
ſpōdet fit etiam vt magis quidem vera ſit altera: vt in
ꝯtingētibus plerūqꝫ:vt Socratem fore canū in ſenio
ꝙ̄ nō fore.Nō tamē vera iam determinate ⁊ neceſſario
aut falſa determinate.Sic igitur patet in cōtradictione
de futuris neceſſario alteram partem fore verā diſiun
ctim.Neutram autem diſiūctiue aut determinate.

¶ Quare patet non omnium affirmationum ⁊ negationum oppoſitarū:alteram neceſſario veram eſſe:alteram falſam. Non enim quemadmodum in his quae ſunt:ſic ſe habet ⁊ in ijs q̄ non ſunt quidem. Eſſe v̄o aut non eſſe poſſunt. Sed veluti dictum eſt.

Cō.62. ¶ Epilogat ſolutionē:⁊ cauſam ſolutionis.⁊ iquit.quare
patet nō oiūꝫ affirmationū ⁊ negationū oppoſitarū:alte
rā neceſſario verā eſſe:alteram falſam.Cuius cām epilo
gat dicēs.Nō eni queādmodū in his quę ſūt: vt ſūt illę
de ineſſe:aut neceſſario ieſſe:⁊ de p̄ſenti:ſic ſe hꝫ ⁊ in his
quę nō ſūt quidem:eſſe v̄o poſſūt.Ut ſūt illę de futuro.
Sed veluti dictū eſt.Dictū eſt eniꝫ ꝙ neceſſario in illis
de futuro diſiūctim altera ē vera.Nō tñ neceſſario hęc
vera:vel illa neceſſario falſa.Hinc ſorticolę ſumūt: cui
libet ꝓpōni de futuro verę reſpōdet aliqua de p̄ſenti:ꝙ̄
qñqꝫ erit vera:nō tñ ecōtra cuilibet dē p̄nti rñdet vna
Qō de re/rū ꝯtīgē/tia. de futuro:quę fuit aliqñ determinate vera.¶ Quęrunt
iuniores an quodlibet ꝯtīgēs neceſſario eueniat.⁊ m̄ltis
ꝑma rō rōnibus arguūt ꝙ ſic.p̄mo aliqđ ꝯtigēs neceſſario eue
niet.Igit̄ quodlibet:tenet ꝯ̄ña:qꝛ nō maior eſt ratio de
vno ꝙ̄ de oībus.Antecedēs declarat̄ de aīa antichriſti:
qm̄ aīa antichriſti aliqñ neceſſario erit. Igitur aīa anti
chriſti neceſſario erit.Tenet ꝯ̄ña ab īferiori ad ſuum ſu
perius.Antecedēs v̄o declarat̄:qꝛ poſt.a.īſtās i quo erit:
2° neceſſario erit:cum ſit ſempiterna.¶ Scđo ad idē.tem
pus in quo aīa antichriſti neceſſario erit:neceſſario erit.
Igit̄ aīa antichriſti neceſſario erit.Tenet ꝯ̄ña.naꝫ poſt
a.tēpus aīa antichriſti neceſſario erit.Et tēpus poſt.a.ne
ceſſario erit.Igit̄ ⁊ aīa ipſa neceſſario erit.¶ Scđo p̄n
cipalr̄ arguit̄.de neceſſitate oē futurū erit:quodlibet cō
tingēs eſt futurū.Igitur de neceſſitate oē ꝯtingēs erit.
Tenet ſyllogiſmus ex maiori de neceſſario ⁊ minori de
3° ineſſe.¶ Tertio accipio aliquod ꝯtingēs.vbi cā.a.⁊ ſi
gno oēs cās ꝑmouētes ad.a.ꝑ ipſuꝫ.b.⁊ oēs impediētes
ad.a.per ipſuꝫ.c.Et arguo.aut erūt ęque potētes: aut al
tera pollētior altera.Si ęque potētes: neutra pars erit:
vel ambę erunt.Si altera fortior: ea pars determinate
4° erit.¶ Quarto.omne ſcitū a deo neceſſe eſt eē.ſꝫ omne
ꝯtingēs aut futurū eſt ſcitum a deo. Igit̄ omne ꝯtingēs
neceſſe eſt eſſe.Tenet ſyllogiſmus ex maiori de neceſſa
rio ⁊ minori de ineſſe.Maior patet: qꝛ ſciētia eſt neceſ
5° ſarioꝝ p̄mo poſterioꝝ.Minores oēs ꝯcedūt.¶ Quin
to vt ſit illud futurū qđ aliqñ erit.a.tunc hęc propoſitio
eſt vera.a.erit.Igit̄ ante inſtās in quo.a.ponetur ineſſe:
fuit hęc vera.a.erit.ſit hęc ꝓpoſitio.a.erit.b.tunc hęc eſt
vera.b.fuit vera.ſed omnis propoſitio de pręterito eſt
neceſſaria.Igit̄ hęc ꝓpoſitio.b.fuit vera eſt neceſſaria.
Sed.b.ſignificat illam.a.erit.Igitur neceſſario.a.erit:⁊
ita vt prius.¶ Sexto ſit aliquod futurū.a.⁊ quęro vel 6°
id ſcitur a deo:vel nō ſcitur.Nō poteſt dici ꝙ nō ſciatur
qꝛ ꝯtra oēs.Si ſcitur:aut poteſt eſſe ꝙ.a.nō ſit: aut non
poteſt eē.Si nō poteſt eſſe:igitur neceſſario erit ꝑ equi
pollētiam.Si poteſt eſſe ꝙ nō ſit.Igit̄ ꝯtingit ipſum nō
fore.ponatur ꝙ nō ſit:cum omne poſſibile poſſit poni in
eſſe.Igitur dei ſciētia eſt deceptio.¶ Septimo aliquod 7°
ſciēs futura neceſſario erit.Igit̄ omnia neceſſario erūt.
probat̄:qꝛ nō poteſt eſſe ſciēs futura:niſi futura neceſſa
rio erūt.¶ Octauo lignū corrumpet̄:igitur lignum erit. 8°
Antecedēs eſt neceſſarium:igitur ⁊ ꝯſequens. ¶ Nono 9°
cęlum neceſſario agit:⁊ nullum agēs hic pōt illius actio
nem impedire.igitur actiones neceſſario erunt. Prima
pars patet.ſaltem apud Ariſtotelem.Scđa declarat̄:qm̄
nulla cauſa pōt impedire actionem alterius:niſi ſit aut
tantę potētię:aut maioris. Modo nihil hic inferius eſt
maioris: aut tātę potētię quātę cęlum. Cum nec anima
humana: qm̄ illa eſt in minori magnitudine ꝙ̄ aīa cęli.
¶ Decimo ſpeciatim arguūt de actionib⁹ noſtris. Qm̄ 10°
omne neceſſario agēs in ea:quibus actiones noſtrę mu
tātur:actiones neceſſario mutat. Sed cęlum neceſſario
agit in complexionem:qua aīa ipſa in agendo mutatur:
vt in libro phyſionomię.⁊ in primo de aīa dicit̄. Igit̄ vt
p̄us.¶ Undecimo pollētior eſt virtus cęli:ꝙ̄ cuius vis 11°
rei nālis.Sed aliqua virtus alicuius rei nālis pōt neceſ
ſario animę actiones mutare vt humor in morbis:⁊ vi
nū in ebrijs.igitur ⁊ virtus cęli. ¶ Ultimo ſuppono ꝙ 12°
cęli ⁊ ſtellarum motus:⁊ lumina:⁊ configurationes ſint
propter nos. Hoc oēs aſſerūt.Scđo peto media in finem
eſſe fruſtra:quotiēs ijs poſitis:poteſt finis non eſſe: aut
aliter eſſe.Tūc arguo.ſit vna cęli ꝯſtitutio quę protēdat
Socratē eſſe impium:aut igit̄ neceſſario erit:aut poteſt
nō eſſe.Si primū:habet̄ ꝓpoſitum.Si ſcđm:tūc mediū
in illum finem erit fruſtra.¶ In iſto q̄ſito eſt multorum Poſitio
ſtoicoꝝ poſitio:quę ait oē ꝯtingēs neceſſario fore.vnde ſtoicoꝝ
in rebus duas ſtatuūt naturas:neceſſariā videlꝫ ⁊ impoſſi
bilē.neceſſariam quidem:qꝛ omne qđ eſt:neceſſario eſt:
⁊ omne qđ erit vel pōt eſſe:neceſſario erit. Impoſſibilē
v̄o:qꝛ qđ nō eſt:impoſſibile eſt eſſe:⁊ quod nō erit: ipoſ
ſibile eſt fore.¶ Mouētur aūt potiſſimum:qm̄ oīa cō Motiua
tinētur in ordine ſecūdarū cauſarū:quod fatum vocant. ſtoicoꝝ
Et hic ordo in prouidētia ſiue dei pręſciētia. Modo nō
vidēt quo nā modo cum fati neceſſitate: ⁊ dei ꝓuidētia
ſtare poſſet cōtingētia. Hinc ꝯcludūt finem eſſe ſtabili
tum:⁊ media in finē etiā.Propterea nos nō ꝯſultamus:
qꝛ pōt ſic ⁊ bene finis euenire.Sed ſi bonus finis eſt cō
ſtitutus in fato atqꝫ ꝓuidētia:bonam ꝯſultationem pręce
dere neceſſe eſt.¶ Huius poſitionis videntur multi Auctores
aſtronomi vt Hermes vetuſtiſſim⁹ author:Neocepſus
quoqꝫ ⁊ Petoſiris:⁊ de noſtris Maternus:atqꝫ Mani
lius.De exteris Albumaſar:⁊ plurimi Mauri:Sed nō
poſſidonius:atqꝫ Phrenicius.Huius quoqꝫ videtur ⁊
Cicero i ii° de diuinatione.Lucius quoqꝫ Apullei⁹ Her
metis ſectator in his q̄ ſcribit de nā deoꝝ. Seneca i tra
gedijs.Ouidius.Tu ſola dicēs īſuperabile fatum nata
mouere potes.Maro.Manēt imota tuorum fata tibi.⁊
in 6°.Deſine fata deum flecti ſperare pręcādo.Huius p̄
terea poſitionis plurimi p̄hi fuere:vt Democritus:He
raclitus:Empedocles:⁊ multi epicureoꝝ. ¶ Plato v̄o 2ª poſitio
in Thimeo ait:nihil eſſe vel fore neceſſarium:niſi deum.
Nam cum oīa dependeant a diuina voluntate: ⁊ illa ſit
penitus libere ⁊ contingēter agens:etiam omnia ab illa
penitus ꝯtingēter proficiſcūtur. Huius poſitionis ſunt

nrī theologi: ⁊ in illa oīs ſana cōcordat poſitio. Dicimus
enī eē in rebus ſimplr̄ neceſſariū deū ſolū. Cetera eē ab-
ſolute ꝯtīgētia: eē tn̄ q̄dā neceſſaria ex ſuppōne: nō nega
3ª poſitio mus. ¶ Alij q̄ſi iter hec mediātes diſtīguūt. nā effectus
q̄dā ſūt quoꝝ cauſe totales atq₃ p̄ncipales ſūt corpa ce-
leſtia: vt ortus ſydeꝝ: decurſus ſtellaꝝ p. 12. ſigna: ꝯfigu
rationes eclipſes: ⁊ id gen⁹: ⁊ hos effectus neceſſario eue
nire autumāt. Alij ſūt effect⁹: ad quos ſtelle nō p̄ncipalr̄
ꝯcurrūt: ſed diſpoſitiue. ⁊ hi nō vna rōne ſūt: q₃ ad alios
p̄ncipalr̄ ꝯcurrit nā: vt mot⁹ elemētoꝝ: ſtirpiū ⁊ aīaliū:
⁊ id genus. ⁊ hui⁹ etiā neceſſario eueniūt. Ad alios vō cō
currit volūtas: vt actiones nr̄e: ⁊ ad haꝝ euētus ꝯcurrūt
celi afficiēdo atq₃ diſponēdo. Sed cū nos ſimus illoꝝ
dn̄i: tādem ꝯtigēter e nobis pficiſcūtur. Et breuiter aiūt
ꝙ rebus exiſtētibus: ⁊ ad imaginationē ablata omni vo
lūtate ⁊ humana ⁊ diuina: oēs euētus neceſſario agūtur
atq₃ fiēt. Huius ſnie Criſippus tarſenſis cleontis audi-
tor in li° de fato: quē etate. 80. annoꝝ ſcripſerat: eſſe vi.
Poſitio peripatheticoꝝ. ¶ Peripathetici vō nām reꝝ in tres diuiſere. Nā aliaꝝ
dicūt neceſſariā vt celeſtiū ⁊ diuinoꝝ: ⁊ eoꝝ oiuꝫ q̄ ma-
terie ⁊ ꝯtrij ſūt experti. Aliaꝫ īpoſſibilē: veluti eoꝝ que
nō ſūt nec in viribus ꝯtinētur cauſaꝝ: vt Hipocētauri
⁊ id genus. Aliam vō ꝯtingētē iter hec mediā: que ſi eq̄-
lis ſit ad vtrūq₃ ꝯtingēs reddit īfinitum: ſi ad alteꝝ ma-
gis apta: ꝯtingēs facit natū. Hoꝝ ꝯtingētiū due ſūt cau-
ſe: nā videlꝫ ipſa: que eſt cauſa vniuerſalis oīum cōtin-
gētium. Atq₃ volūtas humana ſaltē actionuꝫ nr̄aꝝ p ſe:
multoꝝ alioꝝ p accidēs. Nā lꝫ actiones aīaliuꝫ ⁊ rerum
nālīū ſint determinate cū proficiſcātur a nā illoꝝ: vt vō
ſubdūtur humane volūtati ꝯtingētiā ſubeūt. Qua rōne
ſit vt ſublata volūtate nr̄a ⁊ dei: adhuc in rebus pōt eſſe
ꝯtingētia que pficiſcitur a nā. Nā lꝫ vnūquodq₃ in ſui
actionē ſit limitatū: tn̄ pp̄ter ꝯcurſuꝫ plurium cauſaruꝫ
Difficultas adhuc pōt euētus ꝯtingēs eſſe. ¶ Ea vō que peripathe-
ticis q̄ōnē maximā faciūt: ſūt duo. Primū q̄uo cū reruꝫ
ꝯtingētia ſtat puidētia diuina. Cū illa ſit nō niſi neceſſa-
rioꝝ. Scḋo q̄uo ſtare pōt cū neceſſaria celi cauſalitate.
Auer. pō ¶ Ad que Auerroes in multis locis r̄ndēs. Primū cul-
care enititur p hec ꝙ deus puidētiā reꝝ nō hꝫ particu-
larē: cuꝫ cognitio particulariū ſit extra ſciētiam ⁊ doctri
nam. Sed reꝝ puidētiā hꝫ vniuerſalēꝫ aliqua ex parte:
ſub quo ſane mō neceſſitatē habēt. Scḋm vō cantat q̄ſi
celum ſolum cauſam vniuerſalē p ſui lumē ⁊ motū reꝝ
dicit. Nā res ipſe ſuis a primis cauſis pficiſcūtur e celo
Cōtinuatio vti ab vniuerſali cauſa. ¶ Sed hec que dicit ſūt ꝯfuta-
ta a nobis in multis locis libri deſtructio deſtructionuꝫ.
Et arguit̄ nūc. deus eſt cauſa entis vt ens. igit̄ oiuꝫ mo-
doꝝ entis: ſed modi entis ſūt neceſſariuꝫ ⁊ ꝯtingēs: vt 5°
meta. habet̄. Igit̄ cauſa entis ꝯtigētis: ⁊ neceſſarij. Igit̄
cū dei cauſalitate ſtat ꝯtigētia. Quo vō ad celeſtē cauſa-
litatē arguo. Nā aīa q̄ nulli corporee īpreſſioni ſubditur
pōt diſponi ad ꝯtrīū: ⁊ nō ſequi nām illius diſpōnis. mō
rōnalis aīa nulli īpreſſioni corporee ſubdit̄. Igit̄ poteſt
diſponi a celo: ⁊ illius diſpōnis eligē ꝯtrīū. Qua rōne cuꝫ
cauſalitate celi ſtat ꝯtingētia actionuꝫ nr̄aꝝ. Hinc pꝫ ꝙ
triplex ſit nā videlꝫ neceſſaria: q̄dā penitus ꝯtingens: q̄-
dā īpoſſibilis: ppōnis neceſſarie in nā ſūt neceſſaria: ve-
lut de neceſſitate ſol exorit̄. ppōnes ꝯtingētes ſūt in nā
ꝯtingēti: que ſi exierint ad actū: ppōnes erūt de ineſſe. ſi
nō exierint ad actū: ſūt de ꝯtingēti. Propoſitiones vō ī-
poſſibiles in nā ſūt de īpoſſibili. Huius pōnis fuit Pto-
lomeus oīuꝫ mathematicoꝝ p̄nceps in p̄hemio libroꝝ
apoteleſmatū: vbi pluribus rōnibus pbat fatū: quod in
ſtellaꝝ ꝯſtitutionibus ꝯſiſtit: rebus nō neceſſitatem īpo
nit. Sed afficit ad alterā ꝯtigētis ptē. ¶ Tūc ad rōnes.
Ad p̄mā ſorticole tenēt aīaꝫ antichriſti poſt. a. iſtās adbuc

ꝯtigēter eē. Nā q̄ḋ ſemel eſt ꝯtigēs: ſemp eſt ꝯtigēs: ppe
tuari tn̄ eā fatent̄ volūtate diuina: vt Plato etiā in Thi
meo dic. Alij peripathetici tenēt aīam antichriſti poſt. a.
neceſſario eē: ⁊ ita ꝯcedūt aīaꝫ antichriſti aliq̄n neceſſa-
rio eē: nō tn̄ valet. igit̄ neceſſario erit. Cū arguat̄. a. fꝫ q̄d
ad ſimplr̄. ¶ Ulteri⁹ ad 2m ꝯcedūt. ſorticole tp̄s in quo
erit aīa antichriſti neceſſario aliq̄n fore: nō tn̄ aīaꝫ anti-
chriſti fore neceſſario: q̄ꝛ in illo tp̄e q̄ncūq₃ erit: aīa illa
ꝯtigēter erit. ¶ Ad 2m p̄ncipalē r̄ndet Auer. ⁊ ēt Joan-
nes grāmaticus p̄ p̄oꝝ ꝙ ex maiori de neceſſario ⁊ mi-
nori de ineſſe: ꝯclo ſit de nec̄io ꝯditionato: q̄uo ꝯcedo ꝙ
oē ꝯtigēs erit nec̄io iquātū futuꝝ: veluti valꝫ h nec̄io. oē
currēs mouet̄. Socra. currit. igit̄ de nec̄io Socr. mouet̄
iquātū currit. Hec res ſatis diſputata ē in li° p̄oꝝ. ¶ Ad
3m r̄ndēt ſorticole caſuꝫ eē īpoſꝫ: q̄ꝛ nō pn̄t accipi oīa
q̄ pn̄t īpedire: nec oīa q̄ pn̄t pmouē ad aliq̄ḋ fore: cū illa
ſint īfinita. ¶ Ad 4m dōm vt ad 2m: erit enī ꝯclo h ne-
ceſſitate ꝯditionata. vꝫ. ꝙ oīa futura nec̄io erūt vt p̄ſcita
q̄ abſolute nō nec̄io erūt. ¶ Ad 5m dici pōt ꝙ oīs de p̄-
terito ē nec̄ia: cui⁹ v̄itas nō depēdet a futuro: vt ē in ppo
ſito. ¶ Ad 6m ſorticole ꝯcedūt p̄deſtinatū poſſe dānari.
Nō tn̄ poſſe p̄deſtinatū dānari. Nā p° ē in ſenſu diuiſo:
q̄ nō dꝫ poni īeſſe. 2° vō de ſenſu cōpoſito: q̄ reqrit v̄ita-
tē momētariā. Theologi ꝯcedūt p̄deſtiatū poſſe dānari
⁊ q̄n dꝫ ponat̄ īeſſe: nō admittūt: q₃ repugnat poſito. Po
ſitū enī ē fuiſſe p̄deſtinatū: cui repugnat ipꝫ dānari. Nō
enī captiūculatores aiūt oē poſe ē aut admittēdū: aut cō
cedēdū. Sꝫ ſolū cū nō repugnat poſito. Alij pipathetice
magis aiūt oē poſe p ſe hbē ⁊ poſſe poni īeſſe: p accn̄s tn̄
nōnūq̄ poni nō pōt: veluti ī caſu: vbi p̄ceſſit obligatio il-
li⁹ oppoſiti. Algaçel vō maxim⁹ iter arabes meli⁹ ſatiſfa
cit ⁊ ad rē: aſſerit enī deū puidē ⁊ p̄ſcire cūcta vētura. ſꝫ
ſua ſcia ē talis vt nō reb⁹ neceſſitatē ponat. Nā vt deus
ſcit̄ q̄d nō ē: ita ſcit̄ q̄uo nō ſcit nos. ſcit̄ enī ꝙ de⁹ nō ſcit
nos: mō q̄ ſcim⁹ res: nā ſcia nr̄a eſt ex nec̄ijs: ⁊ de nec̄ijs.
ſcit̄ āt ꝙ ſcia dei nō ē mō nr̄o. Sꝫ q̄uo ſit: ē nob ignotū: ⁊
p ꝯñs ignotū nob ē q̄ mō cū dei p̄ſcia ſtat euētuū ꝯtingē-
tia. ¶ Tūc ad pūctū dico ꝙ de⁹ p̄ſciuit q̄cq̄d erit h ſocra
te: ⁊ tn̄ nō ſeq̄t̄ ꝙ nec̄io oē illō erit. modus vō q̄ illō fieri
pōt ē nobis ignot⁹. ¶ Sꝫ dices ſcia dei eſt pfectior. igit̄
mag̃ ex nec̄ijs ⁊ de nec̄ijs. negat̄ ꝯña: q̄ꝛ ſcia q̄ ē nec̄ioꝝ
⁊ ꝯtigētiū ē amplior ⁊ pfectior: cū ſit mltoꝝ q̄ illa q̄ eſt
nec̄ioꝝ tm̄. Sic igit̄ ſm viꝝ iſtū aſſerēdū eſt deū p̄ſcire
cūcta: modus vō q̄ ē ignot⁹. ¶ Et ſi adhuc cauillabis deꝰ
p̄ſcit ſocratē beādū: aut igit̄ ſocra. pōt dānari aut nō. di-
co ꝙ p̄t dānari: ⁊ p̄t nō dānari. Et cū dꝫ ponat̄ īeſſe. volo
eē poſitū: nō tn̄ ſeq̄t̄. igit̄ ſcia dei ē deceptio: q̄ꝛ illa p̄ſcia
fuit cū vtroq₃. Eſſet enī deceptio ſi fuiſſet alteri⁹ tm̄. Mo
dus vō q̄ illa p̄ſcia ſit vtriuſq₃: ⁊ alteri⁹ ē vltra captū hu
manū. ¶ Ad 7m ꝯcedūt ſorticole aliq̄ḋ ens ſciēs futura
nec̄io eē ⁊ fore: accipiēdo ipꝫ formalr̄: nō tn̄ iquantū ſcit
futura. ¶ Ad 8m ꝯcedūt aliq̄ḋ eē nec̄io corru^{te}: q̄ḋ nec̄io
nō erit vt antichri⁹: q nūc ꝯtigēter erit: ⁊ tn̄ nec̄io erit cor
ruptibile: nec repugnāt. ¶ Ad 9m dōm ꝙ aīa pōt īpedi-
re actionē celi: nō q₃ ſit maioris v̄tutis: neq₃ eq̄lis: ſꝫ q₃ il
li īpꝓportionata. ¶ Ad 10m dico ꝙ celū pōt 2r agē in ho
minē. vno mō ipſo adhuc pmanēte debito iſtr̄o p actio-
nib⁹ ſuis: ⁊ ita celū nō agē pōt in hoīe niſi ꝯtingēter. alio
mō ꝯſtruēdo iſtr̄a p actionib⁹: ⁊ ita nō ē p̄uare arbitriū:
ſꝫ corrūpe iſtr̄ꝫ agēdi. ¶ Per idē pꝫ ad 11m. ¶ Ad 12m
ſolo pꝫ: ſūt enī ſtelle mot⁹: ⁊ ꝯfigu^{ro} pp nos ſine ſcḋario:
nec īcōuenit illa eē fruſtra re^{u} finis 2^{i}. Cuꝫ tn̄ ſint adhuc
pp finē p̄m. P. mlte ſt actiones q̄ euitari nō pn̄t vt gnō ⁊
corru⁹: ⁊ ppea n̄ ſt fruſtra. Qua rōne pꝫ cū celi cālitate: ⁊
dī p̄ſcia poſſe ſtare euētuū ꝯtigētiā: quē Auer. ignorauit.


¶ Primi de interpretatione Finis.

¶ Ariſtotelis de interpretatione Liber ſecūdus Auguſtino niphο interprete ꝛ expoſitore.

Quoniā aūt affirmatio eſt enūtiatio aliquid de aliquo ſignificans: hoc aūt eſt aut nomē aut noīe vacans. Unum vo ꝛ de vno id in affirmatione eſſe opꝫ. Dictumqꝫ eſt antea quidnam ſit ꝛ ipſuꝫ nomē: ꝛ qd etiā noīe vacās. Ipſuꝫ eni nō hō nomē qdē nō dico: ſꝫ idefinitū nomē. Unū eni quodāmō idefinitū nomē ſignificare vī. Queadmodū ꝛ nō valet nō verbū: ſed indefinitū verbū appello. Erit igitur affirmatio oīs atqꝫ negatio: aut ex noīe ꝛ verbo: aut ex idefinito noīe ꝛ verbo.

Cō.pᵐ Expoſitores latini oēs hic zᵐ de iterpretatione librum ꝯſtituūt. In quo expoſitor Thomas Ariſt. de enūtiatione agere aſſerit: qtenus per aliqd ſibi additū determinat. Nā in pᵒ de enuntiatione abſolute actū eſt. Alij volūt Ariſt. de equivalētia ꝛ ꝯuerſione ꝛ ꝯña enūtiationū ptractare. Sed qcqd ſit de intētione libri: in grecis codicibꝰ hic nō librū zᵐ ꝯſtitutū adinueni. Nā Ariſt. hūc librū nō ꝑ partiales libros diuiſit: ſꝫ ꝑ particulas: in quaꝝ qualibet ꝑpriā adiecit itētionē. Nos vo ꝛ more latinoꝝ: ꝑ libros: ꝛ more Ariſt. ꝑ particulas ipſuꝫ diuidemus qñ occurrit. Ariſt. igit hac in pretalē ꝑponit ꝯcluſionē. oīs affirmatio aut negatio ex noīe ꝯſtat ꝛ vbo ſiue finitis ſiue īfinitis. Et ita vba lrē ad vnū ſyllꝫ ſic reſoluūtur: oīs enūtiatio aliqd de aliquo ſignificās: ex noīe ꝯſtat ꝛ verbo finitis vel īfinitis. oīs affirmatio vel negatio eſt enūtiatio ſignificans aliqd de aliquo. Igit oīs affirmatio vel negatio ex noīe ꝯſtat ꝛ vbo finitis vel īfinitis. Huius ſylli pmo ſumpſit minorē dicens: qm aūt affirmatio eſt enūtiatio aliqd de aliquo ſignificās. hec eſt minor: q̄ ſuſpēſiue legi dꝫ vſqꝫ ibi [Erit igit affirmatio.] Maior vo ex deſcriptione enūtiationis ſuppoſita eſt. ¶ Aiaduerſione tn̄ dignū non nunqꝫ ꝑpōnes accipi in oōne neceſſaria inutiles qdē ad ſyllm: ad aliqd tn̄ cōmodas vt ad pſyllm: aut ad occultationē: vt inquit Philoponus. nō nunqꝫ ad terminoꝝ expōnē: qui in ſyllo aut pſyllo ponunt. Interdū vo ad ornatum vt rhetores agūt. aliqñ ad cauillos fieri poſſibiles. ꝛ ꝑꝑ alias cauſas. Ariſt. igit in his q̄ hic ait mlta accepit inutilia ꝛ ad ſyllꝫ ꝛ pſyllm: ſunt tn̄ addita vt termini maioris ꝛ minoris necnō ꝯcluſionis itelligant. Propterea declarās qd ꝑ aliqd de aliquo dicere velit: qd in maiori ꝛ minori accepit. qdue ꝑ nomē ꝛ vbū finitū ꝛ idefinitū itelligat i ꝯcluſione. Inqt. Ꝥ āt id eſt id qd de aliquo dī. ē aut nomē: aut noīe vacās: qd grece eſt anonymon. Tale vo ſiue nomē ſiue anonymon eſſe opꝫ vnū de vno tā in affirmatione qꝫ negatione: ſubaudi ſi enūtiationis vnitas ſit ſaluāda. Et q̄ſi ſeſe excuſans. Inqt. dictūqꝫ ē antea qd nā ſit ipſuꝫ nomē: qdqꝫ anonymon: qd in exēplo reperit dicēs. Ipſum eni nō hō nomē qdē nō dico: ſꝫ aoriſton Ꝥ eſt idefinitū: ſiue īfinitū: ſiue iterminatū. Sꝫ qꝛ dixit id qd dī de alio: ꝛ id de quo aliō dī debē eē vnū: Ꝥ q̄ſi exponit dicēs: vnū eni nō ſimplr: ſꝫ quodāmō quo ad vnitatē ſignificatꝰ īdefinitū nomē ſignificare vī. Silr āt ꝛ nō valet nō vbū: ſꝫ idefinitū vbū appello. Hec ſūt ꝑmiſſa ad terminoꝝ expōnē: q in ſyllo ſunt: qbus addit ſylli ꝯcluſionē. ꝛ īquit. Erit igit affirmatio oīs: atqꝫ negatio: aut ex noīe ꝛ vbo: aut ex idefinito nomine ꝛ verbo. Hec eſt ꝯcluſio.

¶ Abſqꝫ āt verbo nulla eſt affirmatio: atqꝫ negatio vlla. Ipſum eni eſt: aut erat: aut erit: aut fit: atqꝫ alia id genus verba ex numero ſūt eorū q̄ dicta ſūt. Cōſignificāt eni tēpus. Quare prima affirmatio atqꝫ negatio erit: eſt hō: non eſt hō. Deinceps eſt nō hō: nō eſt nō hō. Rurſus eſt oīs hō: nō eſt oīs hō. Eſt oīs nō hō: nō eſt omnis non homo. Et in temporibus q̄ extrinſecus ſunt: eadem eſt ratio.



¶ Quia enūtiationē ꝯſtare ex noīe nemo dubitat: cū nomē ſit enūtiatōis ꝑncipaliſſima pꝭ: q̄ ꝛ vbū ꝛ enūtiatio ipſa fere tota ꝑficiſcit. ad ꝺnotādū vbū ad enūtiationeꝫ nō minꝰ neceſſiuꝫ eē: ait [Abſqꝫ āt vbo nulla ē affirmatio atqꝫ negatio vlla.] Inſuꝑ ne qs credat illō ſolū de vbo ꝑſenti eē itelligēdū: ad cetera tpa aiaduertēs. ingt. Ipꝫ. n. ē de pñti: aut erat ſiue fuit de preterito: aut erit de futuro: aut fit i ꝯtigētibꝰ atqꝫ alia id genꝰ vba ſiliuꝫ tēpoꝝ: aut ꝑſonaꝝ ex numero ſūt eoꝝ q̄ dcā ſūt i liᵒ ꝑ eē necēia enūtiatiōi. Quia dixerat enūtiatiōes fieri ex noīe ꝛ vbo: ꝛ ex anonymo ꝛ vbo vacāte: qs iter has ſit ordo in oppōnibꝰ ſubſcribit: ꝛ ingt. q̄re (vt vno vbo vtar) enūtiationes de vbo ꝛ noīe: ꝑores ſūt eis q̄ ſūt de anonymo ꝛ vbo vacante. Sūt. n. ille ſimpliciores. he vo ꝑ additionē dicte. Et q̄ dicit patēt. ¶ Debes ſcire ꝙ ſubiecit exēpla in ꝑticularibꝰ ꝛ ſingularibꝰ. In ꝑticularibꝰ qdē: qm he cū idefinitis coicidūt in vtate. In ſingularibꝰ vo: qm ꝑ quātitates nō variant. Rurſus ꝑtermiſit exēpla in enūtiationibus de ꝑdicatis noībꝰ vł anonymis: ꝛ de ſubiectis ꝛ ꝑdicatis ſimul noibꝰ ꝛ anonymis: qꝛ iudiciū ē idē. Amplꝰ exēpla tacuit ceteroꝝ tēpoꝝ: qꝛ vt īquit ipſe rō eadē eſt ī oībꝰ. ¶ Ambigūt expoſitores quāta ſit idefinita de ſubiecto aoriſtato ſiue idefinito vt nō hō ē. Antiqui peripathetici opinabant illā ꝛ ceteros id genꝰ vles eē affirmatiōes. Quoꝝ erat potiſſima rō: qꝛ ꝯria ꝯrios effectꝰ derelinquūt circa idē. Sꝫ finitudo noī finito addita: vt in illa. hō eſt. ponit pro certo ꝯſtitutoqꝫ ſuppoſito determinationem. igit īfinitudo noī addita derelinquet īfinita ſuppoſita. Ariſt. āt in exēplo pñtis textus ꝯꝛiū ſentit: vt apte pꝫ: iō ſm Philoponū in ꝑoribꝰ dici pōt ꝙ relinquit īfinita pōt eē ſub indfinīa: vel (vt ſorticole dicūt) ſub diſiunctione: ꝛ Ꝥ mō nō facit ad vlitatē. Alio mō ſub illatione: vt ſorticole aiūt ſub copulatione: ꝛ Ꝥ mō ad vlitatē facit. Prio mō īfinitudo illa in noīe ipſo aoriſtato relinquit. Et nō ſecundo modo: ꝛ ita nō vlem ſed indefinitā adhuc illa

Cō. z.

enūtiatio

enuntiatio vim detinet.

℄ Particula tertia.

Quom ãt ipſuz eſt tertiũ adiacẽs p̄dicat̃ dupl'r iam oppōnes dicũ-tur. Dico ãt vt ẽ iuſtus hō: ipſuz eſt tertiũ adiacere dico nomẽ aut verbum in affirmatione.

Cō.3. Docuit multiplicare enũtiationes de 2° adiacente ſolũ p̱ vnã oppōnẽ: nũc docet multiplicare enũtiationes de 3°. Exponit tñ p̄ q̄d fit ppō ſiue enũtiatio de 3°. Quã Auerroes trinariã vocat. ⁊ iquit. Cũ autez ipſuz eſt 3m adiacẽs p̄dicat̃: dupl'r iam oppōnes dicunt̃: hoc eſt duę eſſe poſſũt oppōnes: altera q̄dẽ penes verbi affirmationẽ ⁊ negationẽ: altera penes p̄dicati finitudinẽ ⁊ ifinitudinẽ. Exponit qđ dixerat p̱ exẽplũ ⁊ iquit. dico ãt vt eſt iuſtus hō. ipſuz eſt 3m adiacere dico nomẽ. i. tertiã dictionẽ aut v̄bũ: vt eſt ſm veritatẽ. ℄ Debes ſcire p̄ ꝙ in enũtiationibus de 2° adiacẽte: attẽdit̃ vna oppoſitio penes v̄bi affirmationẽ: ⁊ negationem vt eſt hō: nō ẽ hō. Hę eni vna oppōne opponunt̃. vz. q̄litate v̄bi. In enuntiationibus v̄o de 3° poſſunt fieri duę oppōnes: vna penes v̄bi q̄litatẽ: altera penes p̄dicati finitudinẽ ⁊ ifinitudinẽ. vñ in his: eſt iuſtus hō: nō eſt non iuſtus hō. duę oppōnes ſũt: vna ad ipſuz verbũ: altera ad p̄dicatũ. ℄ 2° debes ſcire ꝙ ipſuz ẽ adiacet 3m nomẽ: aut v̄bũ in enũtiatione: qm̃ pōt accipi vt dictio: ⁊ tũc ipſuz eſt vt dictio tertia adiacet: pōt accipi vt v̄bũ vt eſt ſm veritatẽ: ⁊ ipſuz eſt tertiũ v̄bũ dicet̃ adiacere. ℄ 3° debes ſcire ꝙ more gręco ſemp̱ ponit̃ verbũ p̄mo loco: deinde p̄dicatũ: demũ ſubiectũ: vt eſt iuſtus hō. verbũ eſt ipſuz eſt. p̄dicatũ ipſum iuſtus. ſubiectũ v̄o ipſuz hō. Hoc ãt gręci faciũt: q2 p̄cipuũ p̄dicatũ eſt verbũ. iđ primo in loco ſtatuũt. Pręđicatũ eſt ante ſubiectũ. ideo ſcđo loco. ℄ Alij melius etiã dicunt ꝙ ipſuz eſt p̄mo ponitur loco: q2 eſt capax oīs determinationis. 2° ponit̃ p̄dicatuz: quod eſt min9 verbo determinationis capax: ⁊ magis ipſo ſubiecto. Ultimo ſubiectum tanq̃ ſũme determinatum.


℄ Quare ob id ipſum quattuor erunt haec.

Cō.4. ℄ Cōcludit enuntiationũ multiplicationẽ. ⁊ ingt. Quare ob id ipſuz q̃tuor erũt hęc. Nã cũ ſint duę oppōnes: q̄libet oppō ad minus duas requirit. igit̃ ſi p̄me erunt duę hęc erũt q̃tuor. ℄ Sed dices q̄d demōſtrat illud v̄bum illa: cũ ait q̃tuor erũt illa. Videt̃ eni ꝙ nō ſũt niſi duę. nã hę duę ſũt. eſt iuſtus hō. nō eſt nō iuſtus hō: q̃ tñ duplici opponunt̃ oppōne. igit̃ nō q̃cũq3 opponũtur duplici oppoſitione: ſũt q̃tuor. ℄ 2° dices ꝙ erũt ſex: duę oppōne v̄bi: duę oppōne ſubiecti p̱ finitũ ⁊ ifinitũ: duę oppōne p̄dicati ſil'r: vt eſt iuſtus hō. nō eſt iuſtus hō. Itez oppōne ſubiecti: vt ẽ iuſtus hō. nō eſt iuſtus nō hō. Oppōne v̄o p̄dicati vt eſt iuſtus hō. nō eſt nō iuſtus nō hō. ℄ Ad p̄mũ dici pōt ꝙ illō verbũ illa ſiue hęc: demōſtrat q̃tuor enũtiationes: q̃ ſeorſuz opponunt̃: vt illae eſt iuſtus hō. nō eſt iuſtus hō. eſt nō iuſtus hō. nō eſt nō iuſtus homo. ℄ Ad ſcđaz dico ꝙ Ariſt. nō h3 ꝯſiderationẽ ad ſubm: ſed ſolũ ad p̄dicatũ. vz. formale qđ eſt verbũ eſt: ⁊ mãle qđ eſt oppoſitũ verbi: ideo multiplicauit q̃tuor tñ.

℄ Harum quidem duae ad affirmationẽ ⁊ negationem ſe habent ſm ꝯſequentiam: vt priuationes. Alie v̄o minime.


Cō.5. ℄ Circa expōnẽ hui9 loci nō parug extitẽ expōnes apud gręcos. Aliter eni hũc locũ Ammonius: aliter Hermin9 aliter Porphyrius intelligit. Ego v̄o faciliorem ſenſum colligens: nō aliter expōnã hũc locuz q̃ ſeſe Ariſtoteles iterpręte in fine p̄mi p̄oꝝ. Primo igitur debes ſcire ꝙ terminoꝝ q̄dã opponũtur p̄uatiue: vt iuſtũ iniuſtũ: eq̃le ineq̃le: probũ iprobũ: doctũ indoctũ: ⁊ id genus. In his q̃tuor p̱ oppōnẽ erigunt̃ enuntiationes. Prima eſt affirmatiua recta eſt ęquale. Huic negatio recta eſt illa non eſt ęquale. Tertia eſt affirmatio trãſpoſita eſt inęquale. Huic oppoſita negatio eſt illa: non eſt inęquale.

Figura priuationum.



℄ In his eſt talis ordo vt negatio recta ad affirmationẽ trãſpoſitã ſequat̃. nã ad eſſe inęquale: ſequit̃ nō eẽ ęq̃le. Et negatio trãſpoſita ad affirmationẽ rectaz: ſil'r ſequit̃ vt ad eſſe ęquale ſequat̃ nō eſſe inęquale. Sic igit̃ harũ q̃tuor negationes ſequunt̃. Affirmationes v̄o minime. ℄ Ulterius debes ſcire ꝙ etiã ſũt termini qui opponũtur ifinitiue vt iuſtũ: nō iuſtũ. ęquale: nō ęquale. bonũ ⁊ nō bonũ: ⁊ id genus. ℄ In q̄a etiã q̃tuor alię fiũt ſiles p̄uationibus: affirmatio q̄dẽ recta eſt vt eſt iuſtũ: huic negatio oppoſita erit. nō eſt iuſtuz. Affirmatio tranſpoſita eſt nō iuſtũ: huic negatio oppoſita erit. nō eſt nō iuſtũ.

Figura infinite oppoſitarum.



℄ Haꝝ q̄dẽ negationes ſequunt̃ ad affirmationes vt dictũ eſt in p̄uationibus mō trãſpoſito. vz. ad affirmationẽ rectã. ſequit̃ negatio tranſpoſita vt eſt iuſtuz. Igitur nō eſt nō iuſtuz. Et ad affirmationẽ tranſpoſitã negatio recta: vt eſt nō iuſtũ. igit̃ nō eſt iuſtuz. Econtra v̄o minime. Inquit. haꝝ quattuor quę dictę ſunt: duę ad affirmationem ⁊ negationẽ ſe habent ſm ꝯñam vt priuationes.

hoc eſt illaꝝ quatuoꝛ infinitiue oppoſitaꝝ: duę ſequunt̃ vt negationes ad affirmationes mõ tráſpoſito: vt dixi/mus in his q̃ pͥuatione opponunt̃: due v̓o vt affirmatio/nes minime ſequunt̃ ad negationes: quẽadmodũ nec in pͥuatione oppoſitis. Quaſi velit dicẽ q̓ ad affirmationẽ rectã ſe h₃ ita negatio tráſpoſita vt ſequat̃ illã. Ad nega/tionẽ v̓o rectã affirmatio tranſpoſita ita ſe h₃ vt antece/

Regulę dat: ⁊ nõ ſequat̃. ℂ Hic notát iunioꝛes quatuoꝛ regulas

p⁹ quas in pͥoꝛibus diximus: ⁊ dicemus paſſim. Pͥma ex affirmatione recta ſequit̃ negatio tráſpoſita h̄ eſt ex af/firmatione de pͥdicato finito: ſequit̃ negatio de pͥdicato

2⁹ īfinito: vt eſt ęq̃le. igit̃ nõ eſt nõ ęq̃le. ℂ 2⁹ ex affirma/tione tráſpoſita: ſequit̃ negatio recta vt eſt nõ ęq̃le. igit̃


3⁹ nõ eſt ęq̃le. ℂ 3⁹ ex negatione recta nõ ſequit̃ affirmatio tráſpoſita niſi cũ ſubiecti ꝯſtátia: q₂ nõ valet nõ ẽ bonũ: igit̃ eſt nõ bonũ. Nã cẽtaurus nõ eſt bonũ: g̃ tñ falſo di

4⁹ eſt nõ bon⁹. ℂ Ultima ex negatione tráſpoſita nõ ſeq̃t̃ affirmatio ſimplex recta: q₂ nõ valet nõ ẽ nõ bonũ. igit̃ eſt bonũ. Nã cẽtaurus nõ eſt nõ bonũ: g̃ tñ falſo fert̃ cẽ/taurus ẽ bon⁹ niſi ſubiecto ꝯſtáte. Hę regulę fũdant̃ in ꝯdictione: etiã ad ipſas nõ eſt inſtare: ideo ſunt optimę.

ℂ **Dico autem ipſum eſt aut iuſto: aut non iu/ſto adiacere. Quare etiam negatio. Igit̃ qua/tuoꝛ erunt.**

Cõ. 6. ℂ Poſſet cauillatoꝛ dicẽ Ariſt. q̓ hęc eſt affirmatio. ẽ iu/ſtũ. cui⁹ negatio erit eſt nõ iuſtũ. Et ita nõ erũt q̃tuoꝛ cũ nõ differát eſt nõ iuſtũ: ⁊ nõ eſt iuſtũ. ℂ R̄ñdet. dico át ip₃ eſt ĩ illis ambab⁹ aut iuſto adiacẽ: ⁊ idẽ facẽ affirma/tionẽ hác eſt iuſtũ. Aut adiacẽ nõ iuſto: ⁊ ita etiã facẽ af/firmationẽ tráſpoſitã hác eſt nõ iuſtũ. Nã vtrobiq₃ ip₃ eſt affirmatũ manet. Pꝛopterea cõcludit: q̃re etiã nega/tio. i. v̓bũ negatũ ſubaudi põt adiacẽ v̓bo vtriuſq₃ illaꝝ: adiacẽdo pͥ: fiet hęc nõ eſt iuſtũ: q̃ negatio dĩ recta. Adia/cẽdo ſc̓do: fiet illa nõ eſt nõ iuſtũ. Igit̃ erũt q̃tuoꝛ vt di/ctũ eſt. v₃. affirmatio ⁊ negatio recte ſiue ſimplices. Af/firmatio ⁊ negatio tráſpoſitę ſiue ꝑ additionẽ dictę.

ℂ **Intelligamus autẽ id quod dicit̃: ex ĩjs quae hic ſubſcribunt̃. Eſt iuſtus hõ. hui⁹ negatio: nõ ẽ iuſtus hõ. Eſt nõ iuſtus hõ. Hui⁹ negatio nõ eſt nõ iuſtus hõ. Hic eñi ipſu₃ eſt: ⁊ itẽ ipm̃ nõ eſt iuſto: ⁊ non iuſto adiacet. Haec igit̃ ſic poſita ſunt vt in reſolutiuis dictum eſt.**




Cõ. 7. ℂ Cũ verbũ adiacet iuſto ⁊ non iuſto: ꝑ exẽplũ declarat. vbi p₃ ip₃ eſt adiacere iuſto. in hac. eſt iuſtus hõ. ⁊ nõ iu/ſto. in illa. eſt nõ iuſtus hõ. Itẽq₃ ⁊ ip₃ nõ eſt ſil̓r adiacẽ iuſto in illa. nõ eſt iuſtus hõ. Et adiacẽ nõ iuſto in illa. nõ eſt nõ iuſtus hõ. Quę rõ docet illas eẽ q̃tuoꝛ: ⁊ nõ duas tm̃.

Epilog⁹ ℂ Sic igit̃ p₃ q̓ habẽdo rõnẽ ad pͥdicatũ tm̃: poſui/mus hic rõnẽ ad pͥdicatũ foꝛmale ſolũ: vt in binarijs: ⁊ ita erũt duę oppoſitę penes affirmationẽ ⁊ negationem verbi. Habẽdo v̓o rõnẽ ad pͥdicatũ foꝛmale h̄ eſt v̓bu₃: ⁊ ad pͥdicatũ mãle h̄ eſt appoſitũ: erũt q̃tuoꝛ duę ſimpli/ces oppoſitę penes verbi affirmationẽ ⁊ negationẽ: quę rectę e peripatheticis nonnullis appellant̃. Duę compo/ſite penes vtrũq₃ pͥdicatum oppoſitę: quę tranſpoſite di/cuntur. Hęc de multiplicatione particularium: ⁊ de oꝛ/dine earum inter ſe habemus ab Ariſtotele.

ℂ **Simil̓r át ſeſe habebit: ſi nõis vniuerſal̓r ſit affirmatio. Ueluti oĩs eſt hõ iuſtus. Negatio huius: nõ oĩs eſt hõ iuſtus. Oĩs eſt homo nõ iuſtus: non omnis eſt homo nõ iuſtus.**

Diametrę




Diametrę

Cõ. 8. ℂ Hactenus de multiplicatione nõ vliu₃: ⁊ de illaꝝ op/põne atq₃ ꝯña. Nũc de m̃ltiplicatione vliu₃ vult loqui.

Expoſitio Boetij ℂ Boeti⁹ vir magn⁹ foꝛſitan auc̄te Alex. aut Poꝛphy. quos in p̃te plurimũ ſectat̃: vĩ itelligẽ ꝑ affirmationẽ ⁊ negationẽ nõis vl̓r. ſimplices ⁊ tráſpoſitas penes pͥdica/ta tam ꝯtrarie: q̃ꝫ ꝯtradictoꝛie oppoſitas.

Cuius viri figura eſt.



ℂ Hęc eñi apꝺ Boetiũ ſe hñt ſimil̓r vt dictũ eſt in pͥma figura. Nã negatiuę ſequunt̃ affirmatiuas modo decla/rato


rato in qbus poſſunt formari q̃tuor regulę:vt in nõ vli/ Cõmentãrio Expoſitio Hermi.
bus dictum eſt. Hęc expõ nõ placet:q̃m ↄ̃dicit exemplo Ariſt. Amplius hę cẽnt ſex:illę fuerũt q̃tuor. Propterea melꝰ cũ Herminio pħo ſentio ꝙ Ariſt. ꝑ affirmatiõnẽ ꝛ negationẽ nõis vniuerſalr vult ↄ̃dictorias penes q̃lita tẽ ꝛ quãtitatẽ. Ut ſũt. oĩs hõ eſt iuſtus. huic oppoſita. nõ oĩs hõ eſt iuſtus. oĩs hõ eſt nõ iuſtus. nõ oĩs hõ eſt nõ iuſtus. Et tũc hę numero q̃tuor erũt: ꝛ quo ad ↄ̃nam etiaꝫ ſimiles ſũt illis nõ vniuerſalibus. ¶ Debes ſcire ꝙ etiã has multiplicauit ſolum penes ꝑdicatum ſubiecto ſemper exiſtẽte vt in primis nõ vniuerſalibus finito.

¶ Uerꝫ q̃ ꝑ diametrũ opponunt̃: nõ ↄ̃tigit ſilr veras eſſe ſimul. Sed ↄ̃tingit quandoqꝫ.


Cõ.9. ¶ Nũc diãꝫ tãgit iter nõ vles ꝛ vles. Sed laborauerũt veteres: qd Ariſt. ꝑ angulares itelligat: qd̃ gręce eſt per diametrũ oppoſitę: quos nõ poſſum nõ mirari: cũ tm̃ laborauerint: cum res ipſa ſit cognita facilis. ¶ Jõ debes ſcire ꝙ ꝑ diametrũ oppoſitas vult ea quę opponunt̃ q̃litate ꝑdicatoꝝ ſola. Et ſic hę ꝑ diametrũ opponunt̃. oĩs hõ eſt iuſtus. oĩs hõ eſt nõ iuſtus. Alię diametrę ſũt. non oĩs homo eſt iuſtus. non oĩs hõ eſt non iuſtus. Jnquit. verꝫ quę ꝑ diametrũ opponunt̃: nõ ↄ̃tingit ſilr eẽ ſimul veras tã ſuperiores q̃ inferiores: vt erat in non vlibus. vbi tã diametrę ſuperiores q̃ diametrę inferiores erãt ſimul verę. Sed ↄ̃tingit q̃nqꝫ: ideſt: ſed ↄ̃tingit ſoluꝫ in aliqbus: vtpote in diametris inferioribus. Hę enĩ ſtant ſimul. nõ oĩs hõ eſt nõ iuſtus. ꝛ nõ oĩs hõ eſt iuſtus. Nã prima valet hãc. aliquis hõ nõ eſt nõ iuſtus. Secunda valet illam: aliquis hõ non eſt iuſtus. modo hę ſtant ſimul. Nam prima verificatur pro Socrate iuſto. Scd̃a pro Phalere impio. Propter qd̃ illud verbum gręcum pote: qd̃ latine eſt aliq̃n ſiue q̃nqꝫ ſiue iterdũ. hic ſumit̃ pro aliquibus. Hęc videt̃ expõ Herminꝫ etiam.

¶ De ſex infinitis ꝑpoſitionũ ſubiectis.

Hae qdẽ igit̃ duae iter ſe opponũtur. Aliae ṽo duae ſũt: cuꝫ nõ hõ tãq̃ ſubm q̃dã accipit̃. Ut ẽ iuſtus nõ hõ. Nõ ẽ iuſtus nõ hõ. eſt nõ iuſtus nõ hõ. nõ eſt non iuſtus nõ hõ. Atqꝫ plures his oppõnes nõ erũt. Hae ṽo ſeorſum ab illis: ipſae per ſeipſas erũt: modo non homo tanq̃ nomine vtantur.




Cõ.10. Tertio docet multiplicare enũtiationes de 3° adiacẽte penes ſubti ifinitudinẽ. Uñ hę a pmis nõ differũt niſi ꝙ i illis ſp ſubꝫ finituꝫ ſeruabat̃. Jn his ãt ſp ifĩm. De ṽbo ṽo ꝛ ꝑdicato vbi agẽdũ ẽ vt in pmis. Epilogat igit̃ ꝛ inqt. Hę igit̃ duę iter ſe opponunt̃. B eſt duas eſſe oppõnes ſp ſubto exñte finito pꝫ. Alię ṽo duę ſũt ſubaudi ſubto ſp exñte ifinito q̃rũ exẽpla i figura ponit: ꝛ ſmo pꝫ. ¶ Tũc q̃ſi epilogãdo: ꝛ ponẽdo diãꝫ iter has vbi ſp ſubti ifinitudo fuat̃: ꝛ illas vbi ſubti finitudo ſp aderat. iquit. atqꝫ plures his oppõnes nõ erũt: q̃m duę in pmis ſeruata finitate ſubti. Duę i his ſuata ifinitudie. Differũt ãt hę ab illis: qꝛ hę ſeorſuꝫ ſũt ab illis: qꝛ ſp i his ſuat̃ ſubti ifinitudo. Jllis ṽo ifinitudo. Et ꝑpea hę ſt alię ab illis diũa ſubtoꝝ: ꝛ erũt hę iter ſe ita quo ad ↄ̃nãꝫ ꝛ oppõnẽ vt pmę. mõ nõ hõ tanq̃ nõie ſiue ſubto vtat̃. Hoc ẽ dũmõ ſp ſubti ſuet̃ ifinitudo. Et dixit tanq̃ nõie: qꝛ nomẽ ifĩm nõ ẽ nomen: ſꝫ vicẽ nõis tꝫ. ¶ Debes ſcire ꝙ hę ſũt diſperatę a pmis. ꝑ diũa ſubtoꝝ vt dixi. 2° qꝛ negõnes haꝝ nõ ſequũt̃ affirmationes illaꝝ: ꝑpea ſe hñt iter ſe ea oppõne: eo ordie: qbꝰ ꝛ pᶜ ſe habebãt. Et vt mltiplicauit enũtiatiões nõ vles: ita potes ꝛ vles mltiplicare: q̃rũ exẽm eſt. Diametrę. Diũa enũtiationũ



Diametrę

¶ Hęc ſũt q̃ Ariſt. dixit ĩ mltiplicatiõe enũtiationũ vbi verbũ ĩpm eſt ꝑdicat̃ aut ſcd̃m aut tertiũ adiacens.

℄ Conſequētiae ꝟo etiam per rationem fiunt hoc modo ponentibus. Ad illam enim quae eſt poſſibile eſſe haec ſequitur quae eſt contingens eſſe. Atq; haec cum illa conuertitur. vꝫ. ⁊ non impoſſibile eſſe: ⁊ non neceſſarium eſſe. Ei ꝟo quae eſt poſſibile non eſſe: ⁊ cōtingens non eſſe: ea quae eſt non neceſſarium non eſſe: ⁊ illa quae eſt non impoſſibile non eſſe. Illi praeterea quae eſt non poſſibile eſſe: ⁊ non cōtingens eſſe: ea quae eſt neceſſarium non eſſe: ⁊ impoſſibile eſſe. Ei rurſus quae eſt nō poſſibile non eſſe: ⁊ non contingens non eſſe: illa quae eſt neceſſarium eſſe: ⁊ impoſſibile non eſſe. Conſideretur autē quod dicunt: ex ſubſcriptione hac.







℄ De quo igitur nunc Ariſtoteles agit: videtur ambiguum: nonnulli volunt Ariſtotelem nunc agere de ęquipollentijs. Sed hoc non placet. Nam apud ſorticolas equipollentia inuenta eſt vt ignotior propoſitio ad notiorē transferatur. Modo Ariſtoteles docet transferre non tm̄ ignotiorem ad notiorem: ſed econuerſo indifferenter. Philoponus appellat inſcriptionem pręſentem conuerſionem: qua. vꝫ. vna propoſitio in aliam vertitur. Ariſtoteles ꝟo hacolouthēſes hoc eſt conſequentias: ⁊ hantiſtrephes: hoc eſt conuerſiones. Quoniam vna ad alteram ⁊ econuerſo ſequitur. Uidetur igitur intentio partis de conſequentijs conuerſiuis modalium eſſe. Ante igitur q̄ ad rei veritatem veniat: primo conſtituit ordines ⁊ conſequentias ſm antiquos: quos gręci volunt fuiſſe ſtoicos: deinceps circa illam figuram diſputat q̄d bene ⁊ quid male dictum eſt: ponendo regulas conuerſionum atq; conſequentiarum. Et hoc proponit dicens: conſequentię ꝟo etiam per rationem fiunt hoc modo ponentibus: ⁊ ſubdit regulas illorum: quę ex ſubſcriptione apparet. Ubi debes ſcire primo q̄ omnia quadrangula ipſorum. aaaaa. ab ipſis ſtoicis vt antecedētia ſtatuebantur. Omnia ꝟo ipſorum. bbbbb. vt conſequentia cōuerſim collocabantᷓ. Secundo debes ſcire q̄ conſequentię ⁊ omnia quę dicuntur de his: accipiuntur per terminos tranſcendentes eſſe. vꝫ. ⁊ non eſſe: vt ſint cōmunes ad omnes alios prędicamentales: cuiuſuis quantitatis ſint: ſi tamen velles: poſſes terminos ſpecificare ad libitū. Reliqua ꝟba textus ex ſubſcriptione figurę patent. Cō. 35.

℄ Ipſum

¶ Ipſum igitur impoſſibile atqȝ non impoſſibile ad ipſum contingens atqȝ poſſibile: ⁊ rurſus ad non contingens ⁊ nō poſſibile: ſequūtur quidem contradictorie: conuerſim tamen. Nam ad ipſuȝ poſſibile eſſe: ea negatio ipſius impoſſibilis ſequitur: quae eſt nō impoſſibile eſſe. Ad negationē vero affirmatio. Ad nō poſſibile nāqȝ eſſe: impoſſibile eſſe: quia īpoſſibile eē affirmatio eſt. Nō īpoſſibile vero negatio.

¶ Subſcriptio Ariſtotelis poſſibilium ⁊ contingentium cum ipſo impoſſibili.





Cō.36. ¶ Corrigit dictam poſitionem: ⁊ vult eſſe veram quo ad omnia que dixit de poſſibili ⁊ contingenti: ⁊ de ipſo impoſſibili. ¶ In quibus verbis innuit duas regulas. Prima: contingens quouis modo ſumptum conuertitur cuȝ poſſibili eodem modo ſumpto. cauſa eſt: quia ſunt idem omnino non differunt vt Porphyrius dixit: niſi qa poſſibile infinitari poteſt ſine particula negatiua: contingēs vero minime. Non eni dicimus incontingens: vt dicimus impoſſibile: ſed dicimus non contingens. Quare poſſibile eſſe ⁊ contingens eſſe primi anguli ſiue quadranguli ipſorum. a. conuertuntur. Sic ſingule ſingulorum quadrangulorum eiuſdem lateris. Hanc regulam non explicat Ariſtoteles: ſed dat eam intelligere. ¶ Secunda regula. poſſibile ⁊ impoſſibile ſeſe ſequuntur contradictorie: hoc eſt per negationem prepoſitam. Seruatis enim dictis eodem modo quo ad qualitatem ⁊ quantitatem: fiunt equipollentes ei conuertibiles per ſolam negationem prepoſitā. ¶ Huius declaratio eſt ꝙ poſſibile ſiue contingens ad ipſum impoſſibile ſe habet contradictorie. Dicebamus enim ꝙ in modalibus eſt triplex quantitas: quarum vna eſt reſpectu ſuppoſitorum temporiȝ. Et de hac Ariſtoteles loquitur hic: ⁊ hoc modo impoſſibile eſt vniuerſale ad nullam differentiam temporis: cōtingens vel poſſibile particulare ad quaſdam differentias temporum. Neceſſarium vero vniuerſale ad omnem differentiam temporum: quare recte dicit ꝙ equipollentia contingentis ſiue poſſibilis ad ipſum impoſſibile accipitur contradictorie hoc eſt per negationem prepoſitā modo: quia poſſibile ad ipſum impoſſibile ſe habet contradictorie. Inquit. Ipſum igitur impoſſibile atqȝ non impoſſibile ad ipſum contingens atqȝ poſſibile: ⁊ rurſus ad non contingens ⁊ non poſſibile: ſequuntur qdem contradictorie ſingula ſingulis diſtribuendo: vt nō poſſibile ad impoſſibile: non impoſſibile ad poſſibile: ⁊ de contingenti eodem modo. Addit cōuerſim tamen: quia non modo equipollenter ſed conuertibiliter ſeſe ſequuntur. Huius expoſitionem ſubſcribit dicens: nam ad ipm poſſibile eſſe: ea negatio ipſius impoſſibilis ſequitur: que eſt non impoſſibile eſſe. Ad negationeȝ vero affirmatio vt ad non poſſibile eſſe: impoſſibile eſſe. Quia impoſſibile eſſe affirmatio eſt: non impoſſibile vero negatio. Sic igit quo ad has duas regulas ſtoici recte ſenſere. | 1ª regula | 2ª regula | Declaratio regule

¶ Ad ipſum neceſſarium quo naȝ modo ſe habeat: conſiderandum eſt. Perſpicuum itaqȝ ipſum non illo modo ſeſe habere. Nā contrarie quidem ſequitur: cōtradictorie vero non.

¶ Nunc quo nam modo ipſum neceſſariuȝ ſe habeat ad ipſum impoſſibile declarat. Et ponit talem regulam tertiam ꝙ neceſſarium ⁊ impoſſibile ſeſe ſequuntur cōuerſim contrarie: non autem contradictorie. Hoc eſt per negationem poſtpoſitam modo: ⁊ non per negationeȝ prepoſitam. ¶ Huius regule ratio eſt: quia neceſſarium et impoſſibile opponuntur contrarie: quia impoſſibile pro nullo ſuppoſito temporis: neceſſarium pro omni ſuppoſito temporis: ideo equipollentie erunt per negationem poſtpoſitam: ea ratione. vȝ. qua fit in cōtrarijs. Et in hoc patet error dicte figure. Inquit. At ipſuȝ neceſſariū quo nam modo ſe habeat: cōſiderandū eſt. Perſpicuū itaqȝ ipſum non illo modo ſeſe habere quo impoſſibile ⁊ poſſibile ſe habent: nam contrarie quidem ipſum neceſſarium ſequitur ad ipſum impoſſibile. contradictorie vero ſequitur: ſiue vt in greco iacet: contradictorie per negationem prepoſitam eſt extra: ⁊ non ſe inferunt. | Cō.37. | 3ª regula | rō regule

¶ Neqȝ enim eius quod eſt neceſſe nō eſſe: negatio erit nō neceſſe eſſe. Poſſunt eniȝ ambae de eodem eſſe verae. Naȝ id qđ eſt neceſſariū

non eſſe:eſt non neceſſarium eſſe.

Cõ.38. ¶ Obyciet quis cõtra Ariſtotelē.nam neceſſe eſt nõ eſſe ꝯtradicit illi qđ eſt neceſſe eſſe:igitur equipollet illi:non neceſſe eſt eſſe.Equipollet illi:nõ neceſſe eſt eſſe.Igiť nõ equipollet illi:impoſſibile eſt eſſe:qm̄ vnius ꝓpoſitionis vna eſt equipollentia.Reſpõdet negãdo aſſumptum ꝙ hec:neceſſe eſt nõ eſſe:cõtradicat illi:nõ neceſſe eſt eſſe: Immo vt dicit ſtant ſimul:qm̄ hominē eſſe equũ eſt neceſſarium nõ eſſe:ꝛ nõ neceſſarium eſſe:quia nõ neceſſarium eſſe eſt poſſibile altum:qđ ſequitur ad impoſſibile ſm vnum dimidiũ:ꝛ ad neceſſariũ ſm aliud. Ingt:neqʒ enĩʒ eiꝰ qđ eſt neceſſe nõ eſſe:negatio erit nõ neceſſe eē. Poſſunt enim ambe de eodem eſſe vere:nam id qđ eſt neceſſariũ nõ eſſe:vt hoiem eſſe equũ:eſt nõ necĩũ eſſe: hoc eſt cõtingens altũ:quod ſm alterũ dimidium predicatur de impoſſibili:ſm alterum de neceſſario.

¶ Cauſa vo cur non ſeſe ſequant quemadmodum caeterae:eſt:quia ipſum impoſſibile cõtrarie ſumptum aequipollens redditur ipſi neceſſario. Nam quod impoſſibile eſt eſſe:non quideʒ ipſi neceſſe eſſe:ſed potius ipſi neceſſe nõ eſſe:aequipollet. At quod impoſſibile eſt nõ eſſe:hoc neceſſariũ eſt eſſe. Quare vt ea illa ratione ſe ſequuntur poſſibile.vʒ.ꝛ nõ poſſibile:ita haec contrarie. Quoniam illo modo nõ ſignificabunt idem neceſſarium ꝛ impoſſibile:ſed modo nunc dicto conuertuntur.

Cõ.39. ¶ Nunc reddit cãm tertie regule.ꝛ quia ex dictis patet. Lego litterã.Cauſa vo cur non ſe ſequuntur hec de neceſſario ꝛ illa de impoſſibili:quẽadmodũ cetere.vʒ.per negationem prepoſitam:eſt:qꝛ ipſum impoſſibile cõtrarie ſumptum per negationem poſtpoſitam equipollens redditur ipſi neceſſario:nam quod impoſſibile eſt eſſe: non quidem ipſi neceſſe eſſe:ſed potius ipſi neceſſe non eſſe equipollet. At quod impoſſibile eſt non eſſe:hoc neceſſarium eſt eſſe. Ideo infert regulas ambas dicens. Quare vt ea.vʒ.poſſibile ꝛ non poſſibile illa ratione per negationem prepoſitam ſe ſequuntur:ita hec contrarie per negationem poſtpoſitam:qm̄ illo modo ſumpta per prepoſitam negationẽ non ſignificabunt idem:ſed modo nunc dicto per poſtpoſitam negationẽ conuertuntur.

¶ An impoſſibile eſt ſic poni ipſius neceſſarij cõtradictiones. Nam ad ipſum quideʒ neceſſarium eſſe:ſequitur poſſibile eſſe. Si enĩʒ nõ ſequitur illius negatio ſequetur. Cum ſit neceſſarium aut affirmare:aut negare. Quare ſi non poſſibile eſt eſſe:impoſſibile eſt eſſe. Igitur id quod neceſſe eſt eē:impoſſibile eſt eſſe: quod quidem eſt abſurdum.

Cõ.40. ¶ Nunc diſputat quo nam modo ipm̄ neceſſariũ coordinetur cum ipſo poſſibili.Et ꝓbat ꝙ nõ bene ordinatur: vt fecerunt ſtoici in pmo angulo ſive quadrangulo lateris ipſoꝝ.c. Illi enĩʒ volebãt hec ſe mutuo ſequi poſſibile eſſe ꝛ nõ neceſſe eſt eſſe:probat igiť ꝙ negatio ꝓpoſita nõ facit equipollentiã in his.Et vtitur tali enthimemate:ad neceſſariũ eſſe ſequiť poſe eſſe:igiť ipʒ poſſibile eſſe non ſequitur ad ipſum nõ neceſſariuʒ eſſe:per regulam prioriſticam.nihil vnum ſequiť ad duo contradictoria. Qꝛ aũt poſſibile eſſe ſequat ad neceſſariũ eē.probat:quia ſi nõ ſequitur ipm̄ poſſibile eſſe ad illud:ſegtur ad illud nõ poſſibile eſſe:quoniã ſi vnũ cõtradictorioꝝ non ſequitur.Alterum ad illud ſequi neceſſe eſt.Qꝛ ſi ad neceſſe eſſe ſequiť non poſſibile eſſe:tunc ſegtur impoſſibile eſſe:per regulam traditam paulo ante.ꝛ ita ad neceſſe eſſe ſequeť impoſſibile eſſe. Inquit.an impoſſibile eſt ſic poni ipſius neceſſarij cõtradictiones.vʒ.per negationẽ prepoſitam:vt ſtoici fecerunt. Nõ probat dicens. nam ad ipſum quideʒ neceſſariũ eſſe:ſequitur poſſibile eſſe:ſubaudi tu.igitur ipm̄ poſſibile eſſe non ſequitur ad nõ neceſſe eſſe:per regulam prioriſticã.nullum vnũ ſegtur ad duo cõtradictoria.Qꝛ aũt poſſibile eſſe ſequeť ad neceſſe eſſe:probat dicens.ſi enim nõ ſequitur:illius negatio ſequitur.vʒ.non poſſibile eſſe:cum de quolibet ſit neceſſarium aut affirmare aut negare. Et ita ſequeť ad neceſſe eſſe nõ poſſibile eſſe:quaſi ſi nõ poſſibile eſt eſſe: hoc eſt quare ſi ad neceſſe eſſe:ſequitur non poſſibile eſt eſſe:ſequetur impoſſibile eſſe:qꝛ non poſſibile eſſe:ꝛ impoſſibile eſſe equipollent:per regulam ſecũdam. Igitur id quod neceſſe eſt eſſe:impoſſibile eſt eſſe:quod quideʒ eſt abſurdum:ꝛ ita oportet dicere ad neceſſe eſſe ſequi poſſibile eſſe:ꝛ per conſequens ipſum poſſibile eſſe non ſequetur ad non neceſſe eſſe.Quia nihil ſequitur vel cõuertitur cum duobus contradictorijs.

¶ Inſuper etiam ad poſſibile eſſe ſequitur nõ impoſſibile eſſe.ad hoc autẽ non neceſſarium eſſe ſequebatur:quare fieri poſſet vt id quod neceſſarium eſt:nõ neceſſarium ſit:quod quidem eſt abſurdum.

¶ Secũdo arguit.poſſibile eſſe ſegtur ad neceſſe eē:igiť ad poſſibile eſſe nõ ſegtur nõ neceſſe eē.deducit:qꝛ vbi poſſibile ſequiť ad neceſſe eſſe:valet neceſſe eſt eē. Igiť poſſibile eſt eſſe.Ultra.poſſibile eſt eē:igiť nõ impoſſibile eſt eſſe:per ſecũdam regulaʒ. Ultra.nõ impoſſibile eſt eſſe:igiť nõ neceſſariũ eſt eſſe:quia per ſtoicos nõ neceſſe eſſe:ꝛ nõ impoſſibile eſſe ꝯuertebanť:ꝛ ponũtur in vno angulo.Quare ſi poſſibile ſequetur ꝛ conuerteť cuʒ nõ neceſſe eſſe:cũ ipſuʒ ſequatur ad neceſſe eſſe:tunc ad neceſſe eſſe ſequetur non neceſſe eſſe.Sic igiť per duas rationes patet hec non cõuerti:poſſibile eſſe:ꝛ nõ neceſſe eſſe. Ingt.inſuper etiã ſubaudi ad neceſſe eſſe ſegtur poſe eſſe:igiť nõ neceſſe eſſe nõ ſegtur ad poſſibile eſſe: quod deducit dicens:ad poſſibile eſſe ſegtur nõ impoſſibile eſſe.ad hoc per ſtoicos nõ neceſſe eſſe ſeq̄batur:q̄re fieri poſſet vt id quod neceſſarium eſt:nõ neceſſariũ ſit.

¶ At vo neqʒ neceſſe eſſe ſequitur ad poſſibile eſſe. Nec ad idem ſequitur neceſſe non eſſe. Ei nanqʒ vtrũqʒ accidere poteſt: horum vo vtrũuis verum ſit:non erunt profecto illa vera. Id enim ſimul poſſibile eſt eſſe:ꝛ non eſſe. At neceſſarium ſi eſt vel non eſt:non erit ad vtrũqʒ poſſibile.

¶ Hactenus fortaſſe probauit ꝙ poſſibile eſſe:ꝛ nõ neceſſe eſſe nõ cõuertuntur ſumẽdo poſſibile pro poſſibili altero: nunc ꝙ ſumendo poſe pro cõtingenti ad vtrũqʒ:probat etiã ꝙ nõ cõuertiť cũ neceſſe eſſe:nec cũ neceſſe nõ eſſe.Utiť aũt tali rõne.qđlibet cõtingens hoc mõ ſumptuʒ eſt ad vtrũqʒ. Neceſſariũ nõ eſt ad vtrũqʒ ſiue ſit neceſſe eſſe ſiue neceſſe nõ eſſe:igiť neceſſe eſſe non poteſt cõuerti cum poſſibili:nec neceſſe non eſſe. Inquit.At vo neqʒ neceſſe eſſe ſequiť conuerſim ad poſe eſſe:nec ad ipm̄ ideʒ poſe ſegtur neceſſe nõ eſſe.Deinde accipit maioreʒ dicens:ei nãqʒ.vʒ.poſſibili eſſe vtrunqʒ accidere põt:qꝛ cõuertiť Cõ.41. Cõ.42.

ad oppoſitũ

ad oppoſitam qualitatem. hęc eſt maior. Deinde ſumit minorem dicens. horum vō vtrūuis. vz. vel neceſſe eſſe vel neceſſe non eſſe verum ſit: non erūt profecto illa vera: ambo. vz. eſſe ⁊ non eſſe: qd explicat dicens. id enim ſimul poſſibile eſt eſſe ⁊ non eſſe: qm̄ poſſibile conuertit̄ ad vtrunqz. Ad neceſſarium ſi eſt: vel non eſt: nō erit ad vtrunqz poſſibile: ipſum igitur neceſſe eſſe: ⁊ ipſum neceſſe non eſſe cum ipſo poſſibili conuerti non poteſt.

℄ Relinquitur igitur nō neceſſarium non eſſe ſequi ad poſſibile eſſe. Hoc nanqz verum eſt de eo quod eſt neceſſe eſſe.

Cō.43. 4ª regula ℄ Ex dictis dat quartā regulam: qꝫ. vz. negatio pręposita mō neceſſitatis: ⁊ poſtpoſita facit ęquipollere ipſi de poſſibili eſſe. Huius cā eſt: qꝛ neceſſe eē: ⁊ poſſibile eē ſe habent vt ſubalternę. nam ipm neceſſe eſſe eſt vle tēporis: ipm poſſibile eſſe eſt particulare. Sed negatio ꝑpoſita ⁊ poſtpoſita facit ęquipollere ſuo ſubalterno. Hę igit̄ conuertunt̄. nō neceſſe nō eſſe: ⁊ poſe eſſe. Et hę. nō poſe nō eſſe: ⁊ neceſſe eē. ℄ Sed dices. poſe eſſe ſtat cū neče eſſe: ⁊ cū ipſo neceſſe eſſe nō ſtat ipm nō neceſſe nō eſſe: quaſi ſoluens. Inquit. hoc nāqz. vz. nō neceſſe non eſſe verꝫ eſt de eo quod eſt neceſſe eē: aut fortaſſe ſic itelligit. hoc nāqz hoc eſt nō poſſibile nō eſſe verū eſt de eo: qd eſt neceſſe eſſe. Sic igit̄ in his accipit̄ ęquipollentia per negationē ꝑpoſitā ⁊ poſtpoſitā. Et ita pꝫ quarta regula.

℄ Hac enim etiā rōne cōtradictio fit ei quae ſequitur ad nō poſſibile eſſe. Ad illō enīz ſequit̄ impoſſibile eſſe: ⁊ neceſſariū non eſſe. Cuius negatio eſt nō neceſſariū nō eſſe. Igitur ⁊ hae cōtradictiones modo dicto ſe ſequūt̄: atqz nihil impoſſibile ſequetur: ſi ſic ponantur.

Cō.44. ℄ Perſuadet reſpōſionē: ⁊ regulā datā. vz. qꝫ nō nečē nō eſſe ęquipolleat ad poſe eſſe. Et ait. qꝛ hęc ꝯdicit illi: nō poſe eē. igit̄ ſequit̄ ad hāc. poſe eſſe. qcqd enī ꝯdicit vni ꝯdictorioꝝ ſtat cūz altero. Qꝫ aūt ꝯdicat ad nō poſe eē. declarat: qꝛ nō poſſibile eē: ⁊ ipoſſibile eē: ⁊ neceſſarium nō eē cōuertunt̄. modo nō nečē nō eē ꝯdicit illi. nečē nō eſſe. nihil. n. verius eſt ꝯdicere: q̄ꝫ per negationē ꝑpoſitā. ⁊ ita hę ꝯdicūt. neceſſe nō eē: ⁊ nō nečē non eē. quare hęc ꝯdicit illi. ipoſſibile eē: ⁊ nō poſſibile eē. qd erat ꝓbatio noſtra. Inquit. hae enī etiā rōne ipm nō nečē nō eē ꝯdictio fit ei quę ſequit̄ ſiue eſt idem cū nō poſe eſſe. Et ita ſi hęc. nō neceſſe nō eſſe: ꝯdicit illi. nō poſſibile eē: ſtabit cū hac. vz. poſe eſſe: qꝛ poſſibile eē ⁊ nō poſe eſſe ꝯdicūt. Qꝫ aūt nō neceſſe nō eē ꝯdicat ad nō poſſibile eē. probat dicens. ad illud eniꝫ. vz. nō poſe eſſe: ſequit̄ ipoſſibile eē per ſcd̄am regulā: ⁊ neceſſariū nō eſſe per tertiā regulaꝫ. Cuius neceſſe nō eē negatio eſt per ꝑpoſitā particulā nō neceſſariū nō eſſe. Igit̄ cōcludit: ⁊ hę ꝯdictiones modo dicto ſe ſequunt̄: atqz nihil ipoſſibile ſequet̄: ſi ſic ponātur. Eſt igit̄ vis rōnis: nō neceſſe nō eē cōtradicit ad nō poſſibile eſſe. igit̄ ſtat cōuerſim cū poſſibile eē. Quarta itaqz regula eſt. negatio ꝑpoſita ⁊ poſtpoſita facit cōuerſionē in his de neceſſario ⁊ poſſibili.

℄ Dubitauit autem quiſpiam vtrūz ad neceſſe eſſe ipſum poſſibile eſſe ſequatur. Nam ſi non ſequitur: contradictio. vz. nō poſſibile eſſe ſequetur. Et ſi quis dicat non hanc contradictionem: neceſſe erit eum dicere contradictionem eſſe hanc. vz. poſſibile non eſſe: quae quidem ambae de ipſo neceſſe eſſe falſae ſunt.

℄ Qm̄ accepit ad neceſſe eſſe ſequi poſe. Idcirco dubitat vtrū ad neceſſe eſſe ſequat̄ poſe. Et ꝑmo arguit qꝫ ſic. nā ſi ad neceſſe eſſe nō ſequit̄ poſe eſſe: ſequet̄ ſuum cōtradictoriū. vz. nō poſſibile eſſe: per regulā cōtradictoriaꝝ quę dicit qꝫ de quolibet dicit̄ alteꝝ. Ultra. ad nečē eſſe ſequit̄ non poſſibile eſſe. igit̄ ſequet̄ impoſe eſſe: per regulam ęquipollētiaꝝ. nō poſſibile eſſe dicētē valere impoſſibile eſſe: qd eſt abſurdū. Dices forte qꝫ cōtradictorium eius qd eſt poſſibile eſſe: eſt illud poſſibile: nō eſſe. per negationē poſtpoſitam: ⁊ lꝫ hoc ſit contra regulā ſecundam. probat etiā nō eſſe bene dictū. Et inqt. qꝫ etiaꝫ hęc repugnat ad neceſſe eſſe: non eniꝫ ſtant ſimul neceſſe eſſe: ⁊ poſſibile nō eſſe. Per hanc itaqz rōnem poſe eſſe videtur ſequi ad neceſſarium eſſe. Cō.45.

℄ At vō rurſus id quod idem eſt diuidi ⁊ non diuidi: atqz eſſe ⁊ nō poſſibile videtur. quare ipſum neceſſe eſſe: erit contingens non eſſe: quod quidem falſum eſt.

℄ Ad oppoſitū arguit. Et ꝓbat qꝫ neceſſe eſſe nō ſit poſſibile eſſe: nā poſe eē eſt ad vtrūqz. Ipm nečē eſſe eſt ad vnū. Nō igit̄ pōt nečē eē dici poſe eē: qꝛ ēt diceret̄ poſe non eſſe. Et ita vꝫ qd dubia pro vtraqz ſui parte. Cō.46.

℄ Perſpicuū itaqz nō omne quod pōt aut eſſe aut ambulare: etiā oppoſita valere. Sunt eniꝫ q̄dam in quibus nō eſt verū. Primū quidem in ijs quae nō per rōnē poſſunt: vt ignis pōt calefacere: ⁊ potentiā hꝫ irrōnabileꝫ. Hae itaqz potentie quae per rōnē ſunt: eaedē etiā plurimoꝝ ſunt cōtrarioꝝ. Quae aūt ſine rōne ſunt: nō oēs tales erunt: qꝛ: vt dictū eſt: ignis nō pōt calefacere ⁊ nō calefacere. Nec caetera alia q̄ agunt ſemꝑ. Quaedam tamē poſſunt etiā per irrationabiles potentias ſimul oppoſita ſuſcipere. Dictum eſt aūt hoc hac de cauſa: qꝛ non omnis potentia oppoſitorum eſt ſuſceptiua: neqz omnes eaedem ſpē dicuntur.

℄ Soluit quęſtionem: vbi debes ſcire qꝫ vt in gręco dinaton hoc eſt poſſibile deriuatur a dināme hoc eſt potētia: ſic apud nos poſſibile dicitur a potentia: vt igitur potentia eſt multiplex: ſic poſſibile erit multiplex. Potentia vō eſt quędam actiua: quędam paſſiua. Rurſus ſiue actiua: ſiue paſſiua. eſt alia rōnalis: alia irrationalis. Potentia itaqz actiua irrationalis: omnino eſt determinata ad eſſe: qua ratione dicetur potentia ſm̄ dimidiūz. Paſſiua vō ſiue rōnalis vt itellectus: ſiue irrationalis vt mā prima: atqz ſubiectum eſt indifferens ad oppoſita. Silr̄ actiua rationalis (vt voluntas vt nonnulli ſentiunt) eſt ad oppoſita. Propterea inquit. dictum eſt autē hoc ſiue hęc diuiſio de potentia ipſa dicta eſt ad indicandum qꝫ non omnis potentia oppoſitoꝝ eſt ſuſceptiua: neqz oēs eędem ſpecie dicuntur: vt viſus ⁊ auditus alterius ſpeciei ſunt. alię eiuſdem vt omnes viſus: vel omnes intellectus humani. Quare vt potentia alia eſt ad vnum dimidiūz tm̄: puta ad non eſſe. Alia ad vtrūqz: ſic ⁊ poſſibile: qd denominatur a potentia ijs modis dicet̄. ℄ Hęc eſt ſolo qōnis. verba trāſlatione patent. ℄ Quo vō ad verba ipſa gręca attinet: verbuꝫ illud hoſę: lꝫ latine ſit quęcunqz. hic tranſtuli oēs: qꝛ ad aures ſonat magis. Cō.47.

℄ Cum itaqz potentiae nonnullae multiplices ſint: ipm quoqz poſſibile nō ſimplr̄ erit. Sed

aliud qdem cum in actu ſit: verū erit: ceu pōt aliquid ambulare: cū ambulat: ꝛ oīno aliquid poteſt eſſe cū iam actu ſit: qđ quidē poſſe eſſe dicit̄. Aliud ꝟo cū forſitan aget: vt pōt quidpiam ambulare: qꝛ forſitan ambulabit.

Cō.48. ¶ Accepit ipm̄ poſſibile dici nō vno mō: per hoc ꝙ potē tia non dicit̄ vno modo: nūc idē altius explicando ingt. Cum itaqꝫ potentię nōnullę multiplices ſint: cuꝫ alia ſit ad vnū tm̄: alia ad vtrūqꝫ: ipm̄ quoqꝫ poſſibile: qđ a potentia traducit̄: nō ſimplr ſiue vno mō erit: ſed etiā multiplex. Uerbuꝫ illud multiplices gręce eſt omonimę: ꝛ lꝫ latine ſit ęquiuoce: hic nō ſonat vt expoſitores ꝛ Boetius intelligunt. Uno igit̄ mō aliqđ dicit̄ poſſibile pro eo qđ eſt de ineſſe: vt pōt aliqđ ambulare vel eſſe: cū ambulat: aut eſt iam. Alio modo dicit̄ pro eo quod nōdum exiuit ad actū: ſed forſitan exibit. Ut poteſt quidpiam ambulare: quia forſitan ambulabit.

¶ Et hae qdem potētia in rebus quae mouent̄ dūtaxat eſt. Illa ꝟo ēt in imobilibus. At per vtraſqꝫ vere dicitur aliquid pōt ambulare aut eſſe: atqꝫ qđ ambulat ꝛ iam actu eſt: etiaꝫ ambulare pōt. Poſſibile itaqꝫ de ipſo neceſſario hoc mō nō ſimplr vere dicetur. Sed alio mō vere. Quare cuꝫ ad particulare vle ſequat̄: ad ipm̄ neceſſe eē ſequet̄ poſſibile eē: nō tn̄ omne.


Cō.49. ¶ Tangit differētiam ꝛ cōuenientiam inter dictas potētias. ꝛ vult ꝙ illa potētia quę eſt ad oppoſita ſolū locuꝫ habeat in his quę mouent̄: eiuſmodi ſunt corruptibilia ꝛ variabilia. Potentia ꝟo ad vnū tm̄ etiam in imobilibus reperiri poteſt. Dicimus eniꝫ ſolem poſſe oriri: deū poſſe eſſe: ꝛ talia. Ponit tn̄ conuenientiaꝫ ꝙ per ambas aliquid denominari pōt poſſibile: vt tam id quod nondum eſt: ſed forſitan erit: q̄ꝫ id quod ambulat: ꝛ iam in actu dicit̄ poſſe ambulare. Tunc quaſi riſionem epilogādo ſoluit ad formā. ꝛ inquit. poſſibile itaqꝫ de ipſo neceſſario hoc mō ad vtrūqꝫ ſumptum nō ſimplr vere dicet̄. Sed alio mō vere dicit̄: cum accipit̄ pro dimidio. quare infert: cū ad particulare vle ſequat̄: ad ipm̄ neceſſe eſſe ſequet̄ poſſibile eſſe: nō tn̄ oē: ſed ſm dimidium. Uidet̄ eniꝫ ipm̄ neceſſe eſſe vt particulare qd: qꝛ ad eſſe tm̄: ipm̄ cōtingens vt vle: qꝛ ad eſſe: ꝛ nō eſſe. ¶ Quęrūt iuniores vtrū neceſſariū ſit particulare reſpectu cōtingētis. Ego dicerē ꝙ cōtingens ꝛ neceſſariū poſſunt cōſiderari reſpectu ſuppoſitoꝝ tēporis: ꝛ hac rōne ipm̄ neceſſariū eſt vle: cū ſit de omni tēpore: ipm̄ ꝟo cōtingens eſt particulare: cū ſit de aliquo tēpore. Aut reſpectu ſuppoſitoꝝ rei: ꝛ hoc modo cōtingens eſt vlius ipſo neceſſario: cum competat mobilibus ꝛ immobilibus. Neceſſariuꝫ ꝟo immobilibus tm̄.

¶ Eſt itaqꝫ etiā principiū oībus forte rebus: q̄ ſunt aut non ſunt: ipm̄ neceſſariū atqꝫ non neceſſarium: ꝛ reliqua vt ad haec cōſequētia cōſiderāda ſunt. Perſpicuū nāqꝫ eſt ex ijs quae diximus id qđ eſt neceſſe eſſe: actu eſſe. Quare cum ea quae ſunt ſempiterna: priora ſint: ēt qđ eſt actu ipſa poteſtate prius erit.

Cō.50. ¶ Stoici ſumpſerunt ordinē ęquipollentiaꝝ ab ipſis cōtingētibus. ꝛ deinde per regulas cōtingētiū dederūt ordines in alijs. Ariſtoteles igit̄ rephendit eos. ꝛ pbat ordineꝫ eſſe ſumēdū a neceſſarijs ſiue nō neceſſarijs. Immo declarat ipſa necīa ſiue nō neceſſaria eſſe pma eē cōſideratione. reliqua eſſe cōſiderāda: vt ꝯntia ad hęc. Syllogiçat aūt hūc in modū ſempiterna: ꝛ ſemp in actu ſunt priora ijs quę poteſtate ſunt. At neceſſariū eſt ſempiternū ꝛ ſemp actu. Igit̄ ipm̄ neceſſariū eſt primū ipſo ineſſe: ꝛ ipm̄ ineſſe actu prius ipſa poteſtate. Stoici igit̄ nālē ordinem non ſeruarunt: in talibus eoꝝ regulis.


¶ Et haec quidem ſine poteſtate actu ſunt: vt primae ſubſtantiae. Alia ꝟo actu cuꝫ poteſtate ſunt: quae quidem natura priora ſunt: tempore ꝟo poſteriora. Alia ꝟo nunq̄ꝫ actu ſunt: ſed poteſtate dūtaxat.

¶ Reꝝ igit̄ ordinē hoc mō Ariſto. cōſtituit. vt pma ſint quę ſine poteſtate actu ſunt: ꝛ in hoc ordine collocāt gręci ſubas diuinas atqꝫ e mā oīno ſeparatas. Poſt hęc ꝛ in ſecūdo ordine ſunt: quę actu quidem ſunt: ſed cū poteſtate. ꝛ in hoc ordine collocant corpora ipſa quęuis. Hęc natura atqꝫ pręſtantia potentiaꝫ: ꝛ ſubm excellunt. mā ꝟo hęc tēpore excedit: qđ cuꝫ non ſit logicuꝫ: metaphyſicis omitto. Poſt hęc in tertio ordine ſunt poſſibilia eē: quę quidē nō ſunt: ſed poſſunt eē: ꝛ hac rōne poſſibilia ſunt: qꝛ nō ſunt: ꝛ eſſe poſſunt. Et in hoc ordine ſtatuunt mot⁹ tēpus: trāſmutationes: ꝛ id genus. Ab ijs triplex orta eſt enunciationū mā. Alia qdem qn̄ pdicatū ineſſe ſubto dꝫ: ꝛ non pōt non ineſſe: quę mā dicit̄ neceſſaria vel impoſſi: ſi ſit ad nō eſſe. Alia eſt quom pdicatū ineſt ſubto actu: pōt tn̄ nō ineſſe. ꝛ hęc dicit̄ mā de ineſſe. Tertia eſt in qua pdicatū non ineſt: actu ſubto: ſed pōt ineſſe. quę dicit̄ mā cōtingens. Ad oium eoꝝ quę dicta ſunt declarationem deſcribamus figuram quadrangularem. Cō.51.



¶ Circa igit̄ pſentem figurā pmo debes ſcire ꝙ ppōnes in his poſitę ſunt in terminis trāſcēdētib⁹: ꝛ vt ſint cōes ad oēs terminos: ꝛ ad oēs quātitates. Hoc enī dat intelligere eē debere eſſe ſiles in oībus pter q̄litates ꝛ modos. vnde pro regula in oībus his ſeruāda eſt: vt termini ſint ſiles: ꝛ quātitates ſimiles. ſolūqꝫ mō differunt: ꝛ q̄litate. ¶ Scđo debes ſcire ꝙ leges haꝝ ſunt oīno eędem vt illę de ineſſe: etiā quo ad ſubalternas: in qbus poti⁹ inferię ſequunt̄ ſupernas: q̄ꝫ econtra. ¶ Tertio debes ſcire ꝙ vt in illis de ineſſe ęquipollētię accipiebant̄ per tres regulas in cōtradictorijs per negationeꝫ prępoſitam: in ꝯrijs per poſtpoſitā: in ſubalternis per ꝓpoſitam ꝛ poſtpoſitā: ita in his. Quibus declaratio facile pꝫ correptio figurę ſtoicorum: quę hoc modo inſcribatur.

Poſſibile



℄ Hęc figura eſt ſm Ariſtotelis deſcriptionem:quę cor/rigit illam ſtoicorum.

℄ Particula quinta.

UTrum ſꝯo cōtraria ſit affirmatio negationi:an affirmatio affirma/tioni:atqꝫ oratio orationi:vt illa quae dicit.oīs hō eſt iuſtus.illi q̄ dicit.nullus hō ē iuſtus:an quae dicit.omnis hō ē iuſtus.illi quae dicit.oīs hō eſt iniuſtus:aut vt Callias eſt iu/ſtus:ꝛ nō eſt callias iuſtus.callias iniuſtus ē:

Cō.52. quae igitur nam harꝫ contraria eſt.

Debes ſcire ꝙ enuntiationes bifariā intelligunt̄ opponi.vno mō penes oppoᵐ modū enun/tiandi vt ɔ̄rię.vt oīs hō eſt iuſtus.nullus hō eſt iuſtus: aut vt ɔ̄dictorię velut aliqs hō eſt iuſtus.nullus hō eſt iuſtus.Alio mō opponi pñt:penes oppoſita pdicata quę dicunt̄ de eiſdē ſubiectis:vt hō eſt iuſtus.hō ē iniuſtus.

Prima expō quę/ſtionis. hō eſt bonus.hō eſt malus.callias eſt albꝰ.callias eſt ni/ger.equus eſt bonus.equus eſt nō bonus:ꝛ tales.ys acce pris gdā dubitationē Ariſt.itelligūt poſitiue atqꝫ abſo/lute.hoc mō.vꝫ.vtrū ꝓpōnes opponant̄ penes ɔ̄riū mo

Cōfutatio dum enuntiādi:an penes ɔ̄ria pdicata:ſed hoc ſtare nō pōt:qm̄ ī hoc lībꝰ nō ſemel q̄ſtio eſt abſoluta. ℄ Dictū eſt eniꝫ in primo:ꝛ hoc ſcdo:ꝙ oppoſitio ſolū eſt in ꝓpo ſitionibus ſm oppoſitū modū enuntiādi:ꝛ nō ſm oppo/ſita prędicata:qm̄ enuntiationes oppoſitę ſm ɔ̄ria prę/dicata pñt eē ſimul falſę:vt lignū eſt hō albus.lignū eſt non homo albus.Cum igit̄ quęſtio eſt ſoluta:non videt̄ rationabile ꝙ rurſus debeat repeti. ℄ Amplius hęc ex/poſitio ſolū itelligit de oppoſitione cōtraria:qḋ etiaꝫ fal ſum eſt:cum Ariſto.exempla det in cōtradictorys ſingu

laribus:ꝛ cōtrarys vtibꝰ. ℄ Melius igitur videt̄ mihi ꝙ littera ſit legenda cōparatiue:vt gręci legunt:cū eniꝫ Expōſe
Ariſto.declarauit enuntiationes bifariā opponi aut pe/nes enuntiādi modos:aut penes ɔtraria prędicata:petit nunc quę magis opponunt̄ hę quę opponūtur penes op/poſitos enuntiādi modos.vel illę quę opponūtur penes oppoſita prędicata. Rurſus videt̄ ꝙ Ariſto.per enūtia gręce itelligat oēs oppōnis ſpēs ſiue cōtrarietas ſiue cō/

tradictorias:vt exēpla mōſtrant. ℄ Quęrūt hic quę op Quęſtio.
poſitio ſit inter ꝓpōnes:quaꝝ vna ſit vera altera falſa.

℄ Rñdent nōnulli talem oppoſitionē eſſe ɔtrarietatē. Rñſio ali
hę eni ɔ̄riant̄ apud eos.hō eſt aial.hō eſt lignū.Perſua/ quoꝝ.
dent pmo qꝛ opponūtur:ꝛ nō priuatiue nec relatiue nec Perſua/
cōtradictorię:igitur cōtrarię.Secūdo.illa oppoſitio con ſiões ꝑmꝫ
ſurgit ex cōpoſitione ꝓpoſitionū facta ab anima:in qbꝰ pōſita.
non pōt eſſe niſi cōtrarietas.Tertio quę ponunt aliquid nō opponūtur cōtradictorię.Alterū eniꝫ ɔtradictorioꝝ nihil ponit:vt Ariſto.inquit.Et ita cōcludunt tales ꝓpo ſitiones:quaꝝ vna eſt vera altera falſa opponi cōtrarię.

℄ Sed hęc rñſio friuola atqꝫ ſtulta videt̄. ℄ Prima: Cōfutatio
qꝛ oēs aiunt iter ens ꝛ nō ens potius eſſe cōtradictionē: Pria rō.
igit̄ ſi veꝝ ꝛ falſum opponant̄ potius ɔ̄dictorię.eſt eniꝫ falſum non ens primo poſterioꝝ. ℄ Scdo ea ꝑ quę de/ Scda.
claratur primū pñᵐ diſiunctiuū factū ex partibꝰ ɔtradi/centibꝰ vident̄ plus q̄ ɔ̄dictoria:ſed Ariſt.4ᵒmetaphy/ſice declarat illud pñᵐ.de quolibet eſt affirmatio vera vel falſa:ꝛ de nullo ambę:per hoc ꝙ nihil pōt eſſe ſimul verū ꝛ falſum:igit̄ veꝝ ꝛ falſuꝫ opponūtur plus q̄ ɔtra/

dictorię vt ita dicā. ℄ Tertio Ammoniꝰ Boetiꝰ ꝛ Por Tertia.
phyrius definierūt ɔ̄dictorias hunc in modū ɔtradicto/rię ſunt ꝓpōnes oppoſitę quę diuidant verū ꝛ falſuꝫ in

quolibet. ℄ Demū Ariſt.in fine pmi poꝝ ideꝫ ſentit:vt Quarta.
ys pꝫ:qui libros Ariſt.reuoluerūt. ℄ Propterea debes Pō ꝓpa
ſcire ꝙ veꝝ ꝛ falſuꝫ pñt opponi incōplexe:vt entia ꝛ nō entia.aut cōplexe.Si opponūtur incōplexe:pꝫ ea oppo/ni ɔtradictorię vt ens ꝛ nō ens.ſi cōplexe:ſic opponunt̄ interdū cōtrarię.Si colligunt̄ a ꝓpoſitionibꝰ cōtrarys. interdū ɔtradictorię ſi a ɔtradictorys colligātur. Tunc rationes oppoſitę per hāc diſtinctionē oēs diluūtur:vt intelligēti pꝫ.Prima eniꝫ delet̄ ꝙ veꝝ ꝛ falſuꝫ vt in ter minis opponunt̄ ɔ̄dictorię vt diximus pmo poſteriorū: qꝛ vnuꝫ ſignificat ens alterū nō ens:vt in ꝓpoſitionibꝰ opponunt̄ nō ſemꝑ vno mō.Secūda tollit̄ per idem:ꝙ veꝝ ꝛ falſum vt in ꝓpoſitionibꝰ cō ſurgit ex cōpoſitione facta ab aīa.ſed vt in terminis nō ſic eſt.Tertia ēt euer/titur:qm̄ verū ꝛ falſuꝫ:vt in ꝓpōnibus aliquādo ponunt aliqd aliqñ nō ponūt:cū inſunt in ꝓpoſitionibꝰ ɔtrarys ponunt.in cōtradictorys ponūt.At in terminis ſemꝑ fal ſum nihil ponit.Hęc ſunt pipathetice dicta:reliqua quę dicuntur ſunt extrinſeca a doctrina noſtra.

℄ Si eniꝫ ea quae in voce ſūt:imitent̄ ea quae in aīa ſunt:atqꝫ illic opinio ɔtraria eſt quae eſt cōtrary:veluti illa q̄ eſt.oīs hō eſt iuſtus:eius quae eſt.oīs hō ē iniuſtus:ēt ī his affirmatio/nibus q̄ in voce ſunt eadem rōne ſe hīc neceſſe eſt.Qꝫ ſi illic nō ſit opio ɔtraria ea q̄ eſt ɔtrary: neqꝫ affirmatio affirmationi ɔtraria erit:ſꝫ ea

negatio quae quidē dicta eſt. Quare ꝯſiderā-duʒ eſt quae nā falſa opinio opinioni verae cō-traria ſit: vtrū ea quae eſt de negōne: vel quae contrariū eſſe rōcinať. Q ō quidē hac rōne ex-plico: eſt quaedā opinio de bono ipſo ꝙ ſit bo-num vera. Alia ꝟo ꝙ nō ſit bonum falſa. alia rurſus ꝙ ſit malū: quae nam itaqʒ harum opi-nioni ipſi verae contraria eſt: atqʒ vtrū ea per quā eſt contraria vna ſit.

Cō.53. ℂ Nonnulli ardeliones volunt ꝙ in hoc textu Ariſto. ſol-uat: ⁊ breuiter velit ꝙ enūtiatiōes ſint magis oppoſite: que ſunt ſm̄ oppoſitos enūtiādi modos: ꝗ̄ que ſunt de ꝯtrarijs extremis. vlterius ex littera ſyllogiȥāt ſic hypo-thetice. ſi opiniōes ſunt oppoſite que ſunt de oppoſitis. enūtiatiōes in voce erūt oppoſite: que de oppoſitis. hec ꝑſpicua eſt: qm̄ ea que ſūt in voce imitanť ea que ſūt in mente. Deſtruiť añs: ſed opiones nō ſunt oppoſite q̄ ſūt de oppoſitis: ſed q̄ oppoſito mō enūtiant. Igiť nec enūtiationes. Et ſi dicas ſyllm̄ peccare in logica: ⁊ ꝯtra regu-las vltimi capituli ꝑmi prioꝝ: iam hn̄t euaſionis locū: ꝙ Ariſt. arguit ꝑ ꝯñtiaʒ in ipſo: in qua termini ꝯuertūtur.

Expō ꝓpa ℂ Mihi aūt magis ad aures textus ⁊ Boetij atqʒ bo-noꝝ expoſitoꝝ videť eē alr̄ dōm: ꝙ Ariſto. mouet vnā aliam qōneȝ: ex cuius ſolone patebit ſolo ad ꝑncipalem dubitationē. ℂ Eſt eniʒ dubitatio acceſſoria ꝟ opionib⁹. vtrū. vȝ. opinio ꝯria ſit que de ꝯrio: an que ꝯrie enūtiat. Oñdit aūt qōnē hāc eē ad ꝓpoſitū ꝑ h: q2 q̄les opinio-nes ſunt in aīa: tales enūtiationes ſunt in voce: hoc eſt ſi opiones ꝯrie ſunt que de ꝯrijs: ēt enūtiationes erunt cō-trarie que de ꝯrijs: ⁊ ſi ecōtra opiones ꝯrie ſunt nō que ſunt de ꝯrijs: ſʒ que ꝯrio mō enūtiāt: ēt enūtiatiōes ipſe. ℂ Et ꝙ hec ſit expoſitio: lege litterā. Ingt. ſi eniʒ ea que in voce ſunt: imitenť ea que ſunt in aīa: ſiue dianoetica parte: atqʒ illic opinio ꝯria eſt que eſt cōtrarij: vt exēpla indicāt: ēt in ij ꝯ affirmationib⁹ que in voce ſunt eadē ra-tione ſe hr̄e neceſſe eſt. Cōtra etiaʒ ſi illic ſit opinio ꝯria ea que eſt ꝯtrarij: neqʒ affirmatio affirmationi in voce ꝯtraria erit: ſed ea negatio que qdē dicta eſt: cuʒ igiť ita eſt in enūtiationib⁹: vt in opionib⁹: erit dubitatio de opi-nionib⁹: ⁊ ingt. nā falſa opinio opioni vere ꝯria ſit: vtrū ea falſa opio que eſt de negatione: vel ea falſa opio: que ꝯriū eē ꝯtendit: qd̄ magis exēplo explicat. ⁊ ingt. eſt qdā opinio de bono ipſo ꝙ ſit bonuʒ. vbi cā. de virtute ꝙ ſit bona: ⁊ hec eſt poſitio vera. alia ꝟo de bono vt de ꝟtute ꝙ nō ſit bonū: ⁊ hec eſt falſa. Alia rurſus falſa ēt ꝙ ꝟtus ſit malū: querit nūc q̄ nā haꝝ duaꝝ falſaꝝ ipſi poſitioni vere de virtute ꝙ ſit bona ꝯtraria eſt: vtrū ꝑma q̄ eſt ꝑ ꝯtrariū enūtiādi modū: an ſcdā q̄ eſt ꝑ ꝯriū ſiue ꝓuato-rium ꝑdicatū. ⁊ addit ēt dicēs: ⁊ vtrū ea ꝑ quā vel cui cō-traria eſt ipſa poſitio vera ſit vna vel plures. Addit aūt hoc ꝑ cōtraria imediata vt genitū ⁊ ingenitū. Eadē eniʒ vis eſt de ingenito ⁊ de nō eſſe genito. de quolibet enim dicitur aut genitū aut ingenitū: vt de quolibet dī eſſe ge-nitū vel non eſſe genitū. Propterea addit ⁊ vtruʒ oppo-ſitio cōtraria ⁊ priuatoria hēat vim vnius oppoſitionis vel pluriuʒ: nā in quibuſdā hn̄t vim vnius: in quibuſdā vim duoꝝ. ℂ Ex ꝗs ꝑʒ Ariſto. ipm̄ nō ſoluere: ſʒ qōneʒ rurſus mouere de opinionib⁹: ex cui⁹ noue qōnis ſolone patebit ſolutio ad principalem queſtionem.

ℂ Arbitrari itaqʒ opiniones ꝯtrarias ex eo ita definitas eē: q2 ſunt ꝯtrarioꝝ falſuʒ eſt. Nā bo-ni qm̄ bonū eſt: atqʒ mali qm̄ malum eſt eadē forſitan eſt opinio ⁊ vera: ſiue plures ſiue vna ſit. Sūt aūt haec cōtraria: nō qdē q2 cōtrarioꝝ ſunt: ſed potius q2 ꝯtrario ſeſe hn̄t modo.

